os docere volunt. Ps. Bene patientes erunt vt annūcient.
Prouerb.xix.b. Doctrina viri per patientiā noscit. m Ho
nora patrē tuū/carnalez vel spiritualē: n Ut supue/
niat tibi benedictio a deo. Benedictionē dicit a deo:
quia homo non est nisi minister. Est autem bñdictio dei du/
plex. s. benedictio dexterę: quę est collatio spūaliū: ꝛ sinistrę/
q̄ ē collatio tēporaliū. Priori bñdict⁹ est Iacob: id ē vir iust⁹:
secūda bñdict⁹ est esau. i. vir pilosus: id ē pctōr: Gen.xxvij.c.
Ps.72. Unde Ps. Ecce ipsi peccatores ꝛ abundantes in seculo ob/
tinuerūt diuitias. Justi aūt affliguntur. Sup quo admirādo
conqrit Heremias.xij.a. Quare via impio⁹ p̄sperat: bñ est
omnibus qui p̄uaricant et iniq̄ agunt: De priori benedictiōe
loquitur auctor hic. Unde sequit: o Et benedictio illi/
us in nouissimo manet: id est in vita ętterna. q. d. benedi/
ctio quā dat de⁹ p honorificētia parentū carnaliū vel spūa/
liū/in vita ętna maner. p Bñdictio patris: id est bona
dictio: id est oratio patris: q Firmat domos filiorū:
id est prosperitates vel familias: ad litterā. Cum enī antiqui
benedixerūt filijs suis: in ipsis benedixerūt ꝛ filijs eorum: vt
patet Gen.xlix. de Iacob. Et merito ꝛ oratione patrum p̄ser/
uantur filij: et filij filio⁹: p̄pter qđ multi seruati fuerunt in re/
gnū Iuda. iij. Reg̃. xj. f. Non auferā oē regnū de manu eius
sed ducē ponam eum cunctis diebus vitę suę p̄pter dauid ser
uum meum. r Maledictio autem matris: id est qua
mater maledicit. Mater dico carnalis vel spiritualis/p ex/
cōicationē. s Eradicat fundamenta/domorū et ci/
uitatū: ad litteraz: quia cum aliq̄s vel aliqua ciuitas excōica/
tur ab ecclesia: fundamenta eius eradicanť in p̄nam ei⁹. Si/

r maledictio autē matris ęra/
t dicat fundamenta. Ne glo/
v rieris in cōtumelia patris
x tui: nō⁹ est enim tibi gloria:
y sed confusio. Gloria enim
hominis ex honore patris
a sui: et dedecus filij pater si/
b ne honore. Fili suscipe sene
ctam patris tui: ꝛ non con/
5 tristes eum in vitā illius: et si
c defecerit sensu/vēniam da:
f et ne spernas eum in tua vir
s tute. Elemosyna enī patris

cut factum fuit de hiericho. Josue.vj.d. In tempore illo im/
precatus est Iosue dicens: maledictus vir coram dño qui su/
scitauerit ꝛ ędificauerit hiericho ciuitatē. Uel sic. p Be
nedictio patris: id est q̄ pater bñdicitur a dño: q Fir/
mat domos filiorū: id ē familias filiorū: quia cum de⁹
bñdixit p̄ib⁹ antiqs/
ī eis benedixit filijs et
filijs filio⁹. Gen̄. xxij.
d. In semine tuo bñ/
dicent oēs gētes. Uel
sic. p Bñdictio
p̄ris: q̄ benedicit a fi/
lijs: q Firmat do
mos filio⁹: qz meri
to bñdictiōis exhibitę
parentibus p̄firmant
ꝛ stabiliunt filij ī tem/
poralib⁹ ꝛ spūalib⁹. r
Maledictio aūt
matris/in qua male/
dicit a filijs mater: s
Eradicat fūdamē
ta: nō solū spūalia ſ
etiā tpalia. Sicut chā
irridens patrem: semen eius redactum est in seruitutez: Gen̄.
ix.d. Et absalon: quia expulit patrē suū/damnat⁹ mirabiliter
expirauit. ij. Reg̃. xvij.d. Caluitium heliseī pueri bethel ir/
riserunt: ꝛ a duobus vrsis q̄dragintaduo deuorati sunt. iij.
Reg̃. ij.d. Jn q̄ facto mystice significat q̄ iudęi in loco cal/
uarię christū irriserunt: et q̄dragesimo secūdo āno post ascē/
sionem a tito ꝛ vespasiano deuorati sunt. De hoc dicit Pro
uerb.xxx.c. Oculum qui subsannat patrem suum et despicit
partum matris suę: effodiāt eū corui de torrētibus: ꝛ come/
dant eū filij aq̄lę. t Ne glorieris ꝛc. Honuerat auctor
filios honorē exhibere parentibus. Sed multi sūt qui ꝫ no/
lunt/excusantes auariciaz suam sub aliqua specie sanctitatis:
vt iudęi/Marci.vij.b. Corban/qđ est donū qđcūq⁹ ex me ti
bi proderit: ideo monet vt saltem non glorietur in contume/
lijs parentum. Est autem contumelia iniuria verbo illata si/
ue vituperiū. Sicut iudęi dixerūt de dño: Jn beelzebub p̄n/
cipe dęmonio⁹ ei⁹cit dęmonia: Matth̄. xij.b. Uel contu/
melia patris dicitur macula vel defectus aliquis in patre: vt
nuditas ꝛ ebrietas in noe: Gen̄. ix.d. Jn neutra contumelia
debet filius gloriari: quia ignominia patris est confusio filij.
Et hoc est qđ dicit: r Ne glorieris i ꝛtumelia p̄ris tui:
carnalis vel spiritualis. x Non ē enim tibi gloria/cō/
tumelia patris: y Sed confusio: adducēs ignominiā.
Prouerb.xxiij.c. Audi patrē tuū q̄ te genuit: ꝛ ne cōtemnas
cū senuerit mater tua. Et vere nō ē tibi gloria: 5 Gloria
eni hois ex honore patris sui: Unū et iudęi gloriant se
esse filios abrae; Joh̄. viij.e. Pater nr̄ abrāā ē. Itē Joh̄. ix.
f. Nos discipuli moysi sum⁹. a Et dedec⁹ filij p̄ris sine
honore. i. pauptas siue vilitas p̄ris vertit ī dedec⁹ filij. Ut
sic. Dedec⁹ filij pat sine honore. i. p̄ris ihonoratio. Et
q̄n senē mlta circūueniūt icōmoda: tō ad hoc monet suppor/
tare parētes ī senectute eo⁹. Unū dic̄: b Fili suscipe sene/
ctā p̄ris tui. i. p̄ez ī senectute sustēta. c Et nō cōtristes
eū i vita illi⁹. i. q̄diu vixit. d Et si defecerit sensu. i. si p̄
nimia senectute despuerit. e Uenią da: qz ex vitio p̄sonę
nō ē ꝫ: ſ ex defectu naturę: senes eni naturalit̄ despiūt. f
Et nē spernas cū i tua ꝛtute. i. si fortl̄ es tu/debilē ꝛ infir/
mū n̄ debes despicere/ſ potl̄ supportare: sic ipi supportauerūt
te cū eras ipotēs ifātul⁹. Jn ꝫ g̃ debēt filij vicē reddere parē/
tib⁹: vt cū facti fuerit ipotētes p̄ senectute vel infirmitate aliq̄:
supportet eos sic ipsi supportauerūt eos cū erāt ipotētes p̄mę
ętatl̄ teneritudie. Unū Filij reddite vicē parētib⁹ vr̄is: qz ꝫ ē
acceptū coram deo. Ecce tria posuit in quib⁹ supportandi sūt
parētes: in senectute: in desipiētia: ī infirmitate. Et non solū
supportandi per cōpassionē: sed per necessariā⁹ administra/
tionem: quia inde magna consequitur merces. Unde sequit:
s Elemosyna enim patris: id est patri impensa vel p

patre mortuo pauperibus data: a Non erit in obliui/one/coram deo:id est sine remuneratione. Et hoc probat. b Nam pro peccato matris:id est pro elemosyna data matri ob remissionē peccatorū obtinendam: c Restituetur tibi bonum/in presenti ⁊ in futuro. Merito enim elemosynę/dantur nō solum eterna bona/sz etiaz temporalia multiplicantur. Malach. iij.c. Inferte omnem decimam in horreum meum vt sit cibus in domo mea:et proba/te me super hoc dicit dns: Si non aperuero vobis cataractas cęli: ⁊ effudero vobis benedictionez vsq; ad abundantiam. Et nota qō dic:restituet: Qui enim facit elemosynaz vl dat/accōmodat dño ad vsurā: Sicut dicitur Prouerb. xix.c. Fęneratur dño qui miseretur pauperis et vicissitudinē suā reddet el. d Et in iustitia:id est pro elemosyna data patri vel matri/quę debetur eis ex iustitia: e Edificabitur tibi:id est dabitur tibi locus in eterno edificio. Unde Ps. Dne quis habitabit in tabernaculo tuo:Qui ingredit sine macula ⁊c. Et non solum h bonū faciet elemosyna patris: f Sed in die tribulationis cōmemorabit tui:deus:vel pater tuus orans pro te. Et dicit/in die tribulatiōis/nō in nocte:qz iustorū tribulationes dicunt dies:quia illuminat ⁊ clariores efficiunt. Unde tobias de felle piscis recuperauit visū: Tob. xj.c. Vel diem tribulatiōis dicit die iudicij: vbi ⁊ fortis qsq; tribulabit pęnamore. Unde Soph. j.d. Vox diei dni amara:tribulabitur ibi fortis. In illa ẏo die cōmemorabit deus elemosynarū pauperibus impensarum. Matth. xxv.c. Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare ⁊c. Et non solū hoc facit elemosyna:sed ⁊ peccata dimitti faciet. Unde sequit: g Et sicut in sereno:id est sole radiāte: h Glacies/soluit: i Soluentur tua peccata/per serenū gratię ⁊ calorem charitatis. Peccatū glaciei comparat:quia gelidā facit animam. Unde. ī. xliij.c. Frigidus ventus aquilo flauit ⁊ congelauit crystallus ab aquis. Gratia ẏo sereno comparat: qz serenam animaz ⁊ illuminatā facit ⁊ accēdit. Unde Esa. lviij. c. Frange esurienti panem tuum ⁊ egenos vagosq; induc in domū tuam. Cum videris nudū operi eum: ⁊ carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuū:⁊ sanitas tua citius orietur. De hoc dicitur Daniel. iiij.e. Redime peccata tua elemosynis ⁊ iniquitates tuas misericordijs pauperum. Luc. xj.f. Date elemosynā ⁊ omnia mūda sunt vobis. k Qui malę famę est qui relinąt patrem/in necessitate. Ex quo eni deꝰ pręcepit honorari parentes:⁊ tot bona attribuunt eis qui honorāt eos: reuera infamis ē ⁊ impius qui negligit eos. l Et est maledictꝰ a deo q̄ exasperat/dicto vel facto: m Patrem/carnalem vel spiritualem. Maledictꝰ dicit/maledictione eterna. Un Leuit. xx.b. Qui maledixerit patri suo aut matri: morte moriatur. n Fili in māsuetudine ⁊c. In principio capti monuit ad obedientiam parentum:postea ad pietatem in parētes:⁊ tandē monuit non exasperare parentes. Et quoniā exasperationis causa maxime tollit per mansuetudinem ⁊ humilitatem: subdit ō illis dicēs: Fili in māsuetudie/mēt. o Opera tua perfice:non solum incipe:qō multi faciūt:sed pauci perficiūt: Est tñ māsuetudo virtus:qua quis ꝓuocatus opprobrijs nec patitur nec deducit nec irritat. p Et super hominū gloriam diligeris:id est plus q̄ mundana gloria:quā boies multum diligunt. Glo. Mansuetudo ⁊ humilitas gratiam :superbia ⁊ furor pariūt ruinā. q Quanto magnꝰ es/generis nobilitate/vel scięt̄ię sublimitate/vel honoris dignitate: r Humilia te in oibus.i.coram oibꝰ saluo iure gradꝰ. Uel/in oibus.i.pro oibus quę habes:qz nihil habes quod non accepisti. Magnus dicit:et nō maior: quia ois comparatio maioritat̄ scrupulum suspitiōis ⁊ pretentionis habet. Luc. xvij.c. Facta est pretentio inter eos quis eoꝝ videret̄ maior. s Et coram deo inuenies gram:quaz amisit pmus homo p superbiā. Jaco. iij.b. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiā. Et bene debet te būiliare: t Qm magna/est/potentia dei soliꝰ. Ero. xv.a. Omnipotēs nomen eius. v Et ab humilibꝰ honorabitur. Unde Gen. xviij.d. Loquar ad dnm meū cū sim puluis ⁊ cinis. Greg. Hoc abraam nō dixisset nisi ex eius colloquio dei potentiā agnouisset. x Altiora te. Hic docet fugere curiositatē ingrēdo subtilia ⁊ inutilia. Un inuitat ad humilitatē intellect̄:quę appellat sobrietas intellect̄. Roma. xij.a. Nō plus sape q̄ oportet sapere:sed sape ad sobrietatē. Retrahit aūt nos a curiositate/pmo per altitudinē eoꝝ q̄ curiositatē solēt ingrere. Un dic: Altiora te.i. q̄ sūt sup intelligentiā tuā: y Que quęsieris/curiose. Prouerb. xxiij a. Ne erigas oculos ruos ad opes quas habere non potes. z Et fortiora te.i. q̄ trāscēdūt vires itelligētię tuę: a Ne scrutat̄ fueris:sicut Ps. dicit: Dne non est exaltatū cor meū:neq; elati sūt oculi mei:neq; ambulaui i magnis ⁊c. Eadē fere dicit fortiora q̄ diceret altiora. Altiora q̄ transcendūt intellectū:⁊ quāto magis itelligunt: tāto minꝰ apparēt. Un Ps. Accedet hō ad cor altū ⁊ exaltabit deꝰ. Fortiora ẏo dicit:q̄ scrutantiū oculos reuerberāt ⁊ ad inferiora retūdunt. Prouer. xxv.d. Perscrutator maiestat̄ opprimet a gloria. b Sed q̄ pręcepit tibi deꝰ/intelligere ⁊ facere: c Ulla cogita sp. Deut. vj.b. Hęc meditaberis sedēs i domo tua ⁊ ambulās i itinere/dormiēs atq; ꝓsurgēs:⁊ ligabis ea q̄si signū in manu tua erūtq; ⁊ mouebunt int̄ oculos tuos ⁊ scribes ea i limine ⁊ i ostijs domꝰ tuę. Et ita retrahit ab oibꝰ curiosis. Un adhuc: d Et i pluribꝰ opibꝰ eius ne fueris curiosus/ingrēdo q̄ nō ꝓsunt ad salutē. e Non ē eni tibi necessariū/ad salutē: f Ea q̄ abscōdita sūt tibi a dño ꝓter meritū fidei ⁊ exercitiū ingenij: g Uide re oculis tuis.i. scrutari ad vidēdū ⁊ intelligēdum plene. h In supuacuis rebꝰ.i. in eis q̄rū sciēt̄ia nō est vtilis: vt q̄re musca vel pulex tot pedes habeat ⁊ camelꝰ solū quattuor ⁊ homo tñ duos: i Moli scrutari multiplicit̄: id ē multum laborare ad intelligendū: vel multiplicē sensum inquirere:ex quo enim non sunt de fide vel de bonis moribus sufficit vnus sensus:et vltra quęrere est curiositas. k Et i pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Hoc semel dixerat:sz ex repetitiōe peccatū curiositatis esse horrēdum admonet: vel pluralitatem rerū esse distinguendam insinuat/in quibꝰ non scitur curiositas hominū. Et vtrunq; verum est:qz peccatū esse ostendit curiositatē horrēdum:ex repetitione etiā duplicē materiā curiositatis ostēdit:scilicet exquisitionē verborum ⁊ extranę opinionis: ẏm q̄ dicit Aug⁹ in libro de fide christiana:quia ois scientia est de rebus aut de signis. Unde paulus dicit. j. Cor. ij.a. Et ego cum venissem ad vos fratres: veni non in sublimitate sermonis aut sapientię annuncians vobis testimonium christi.

Plurima enim sup

1. Cor. 4.d

Prouer. 2

Alt. tmagis

Ps. 65.

Ps. 130.

a Plurima enī sup sensum hoīm .i. trāscēdētia intel/lectum ⁊ rationē/quę sola fide capiūt: vt/q deus vnus ⁊ tri/nus/q deus homo et mater virgo/⁊ hmōi. b Ostēsa sūt tibi .i. reuelata credenti/vel occulta īspiratione/vel apta p̄/dicatione. Esa. xlv. a. Dabo tibi thesauros absc̄oditos ⁊ ar/cana secretoz̄: vt sci/as q̄z ego dn̄s. j. xliij. d. Multa absconditā sunt maiora his: pau/ca enī vidimus operū eius: oia autē dn̄s fe/cit: ⁊ pie agentib⁹ de/dit sapientiā. Quare autē in hmōi monue/rit nō eē curiosū ostē/dit: c Multos enī supplātauit .i. fidei fundamētū surri/puit: d Suspicio .i. sursū aspicio. i. nimis alta inuestigatio e Eoz/absc̄dito rū: Sicut manicheos: q̄ dicunt deū fecisse spūalia ⁊ diabolū corpalia oia. Et arrianos: q̄ diuidūt essentiā diuinā: sic̄ p̄so/nas. Et sabellianos: q̄ p̄fundūt ⁊ vniūt p̄sonas sicut essentiā. De q̄b⁹ p̄mie dicit Prouerb. xxv. d. Perscrutator maiesta/tis oppримet a gloria. Uel sic: c Multos enī supplāta uit .i. a veritate deiecit: et in errorem induxit. d Suspi/cio eoz̄ .i. vana opinio eoz̄. f Et in vanitate .i. in bis quibus nulla subest veritas/aut nulla utilitas. g Detinuit .i. diu tenuit. h Sensus illoz̄um/ inutiliter occupatos circa hmōi. Hiero⁹. Stultū ē sollicitū eē circa id q̄ sine pe/riculo ignorat. Sen̄. Si non q̄sissent superflua/inuenissent necessaria. Aug⁹. Tolle iniq̄tates ⁊ nulla erunt vana. Glo. Sobrius intellect⁹ in omnib⁹ optim⁹ est: quia reficit animaz nec grauat mentē. Unde Prouerb. xxv. c. Mel inueniſti co mede q̄d sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud: ⁊ p̄iures nomē dei tui. i Coz durum .i. in peccato obduratum: q̄d nec timore frangit nec amore emollit nec disciplinā suscipit nec correctionē: q̄d p̄mie oppositū est mansueto. k Male habebit i nouissimo .i. in die iudicij. l Et q̄ amat pla/culū/vl' piculū .i. †pctm̄ ad expiādū. m In illo .i. p̄ il/lud et cū illo: n Peribit .i. dānabit. Hic agit auctor vt di/ximus. ē. de peccato in sp̄m sanctū: sex eius species brevit sub/diuidēs ⁊ subtilit assignans. Prima est induratio mentiz. De qua dicit Roma. ij. a. Scōm duriciā tuam ⁊ impenitēs coz thesauriças tibi iram in die irę ⁊ reuelatiōis iusti iudicij dei. Hec autem duricia idem est q̄d obstinatio: quę sic̄ ibi descri/bitur. Obstinatio est induratę i malicia mentis pertinacia: per quā fit hō impenitēs. Et opponit hec species primę dispositi/tioni quę exigitur in confessione/ad hoc vt peccata dimittan/tur. s. propositum non peccandi decętero. De hac specie dicit: Coz durum ⁊c. Scda species est finalis impenitentia: q̄d duobus modis potest accipi. i. p̄suatio finalis penitentię vl' finale p̄positū non penitēdi. Utrūq; bene competit ei q̄d se/quitur: Male habebit in nouissimo. Hec opponitur se/cundę dispositioni quę requirit in penitēte/ad hoc vt pecca/ta dimittant. i. doloz de peccatis perpetratis. Et de his dua bus speciebus peccati dicit Hiere. v. a. Indurauerūt facies suas supra petram/ecce obstinatio: et noluerunt reuerti ad me/ecce finalis impenitētia. Et tn̄ dic̄ dn̄s Ezech. xj. d. Au/ferā coz lapideū de carne eoz̄: ⁊ dabo eis coz carneū vt am/bulent in p̄ceptis meis: ꝫ est p̄tra obstinationē/supra pax: et dabo eis coz vnū ⁊ spiritū nouum in viscerib⁹ eoz̄: hoc cō/tra finalē impenitētiā. Tertia species est fraternalis charita/tis inuidentia ex qua ē odiū alienę felicitatis ⁊ gaudiū vel de siderium alienę infelicitatis. Hec tangitur ibi: Qui amat piaculū in illo pibit. Hec species opponit tertię dispositi/tioni penitentię. s. placentię boni alterius. Nā quicūq; etsi sit mal⁹ i se: tn̄ ei debet placere bonū i altero. Quarta species ē ipugnatio agnitę veritatis: De q̄ p̄mie dī. Marci. iij. d. Qui blasphemauerit in sp̄m sanctū: nō habebit remissionē pecca/toz̄ in ęternum. Hęc species opponit quartę dispositioni pę/nitentię: id est noticię veritatis. Quinta species est desperatio: q̄ q̄s diffidit de bonitate dei: sicut cain ⁊ iudas: vt dicit Glo. sup Ro. ij. Hęc species opponit q̄ntę dispositioni pęnitentię: id est confidentię. Sexta species est p̄sumptio: quę nimis am/pliat misericordā dei et iusticiā diminuit: et desperatio ecōtrario. Hęc opponit timori: qui disponit ad remis/sionem peccatoz̄ ob tinēdā. De hac specie dī. j. xxxvij. a. Pęcsū/ptio neqssima: vñ crea ta es: Dic̄ g̃/ i Coz duz/p obstinationē: k Male habebit i nouissimo/ p̄ fi/ualem impenitentiaz.

Alt. †requiē
Alt. †praui/cordius
Alt. †prauū coz

b curiosus. Plurima enī sup/ sensum hominū ostensa sunt/ tibi. Multos enim supplan/tauit suspicio eoz̄um: ⁊ vá/nitate detinuit sensus illoz̄. Coz durū male habebit in/ nouissimo: ⁊ qui amat †pia/culū/ in illo peribit. Coz in/grediens duas vias non ha/bebit † successus: et † prauicoz/s in illis scandaliçabitur. Coz nequā grauabit in do/loribus: et peccatoz adijciet/ ad peccandum. Synagogę/ superbozū non erit sanitas: frutex enī peccati eradica/bitur in illis: et non intellige/tur. Coz sapientis intelliget

l Et q̄ amat piaculū .i. pctm̄: n Peribit i illo/ p̄ter inuidentiā. o Coz ingrediēs duas vias .i. miscēs falsa veris: vt ille qui impugnat agnitā veritatē. Vl' o Coz in/grediēs duas vias/ vnā itellectu ⁊ alterā affectu: vel no/lēs scire ea q̄ p̄cipit dn̄s sciri/⁊ volēs ea scire q̄ p̄hibet inq̄ri. p Nō habebit successus .i. non bene succedet ei: q̄z nec veritatem inueniet: nec meritum laborando acquirit. Uel/ o Coz ingrediēs duas vias: est coz hęreticoz̄: q̄ aliq̄ bene credūt ⁊ docent: ⁊ aliq̄ male. Et hi sūt caupones diabo/li: De q̄b⁹ dicit Esa. j. f. p̄m aliam litterā: Caupones tui mi/scent aquā vino. Un̄. ē. ij. c. Uę duplici coꝛde ⁊ labijs scele/stis: q̄z impugnāt veritatē p̄us agnitā. Item coz ingrediens duas vias/ē coz ambiēs duas p̄bēdas vel duas dignitates: Et isti non habebūt successus: q̄z i fine vix penitebūt. Unde Osee. x. a. Diuisū ē coz eoz̄/nūc interibūt. Sap. v. b. Quid p̄fuit nobis superbia ⁊ diuitiarū iactātia quid p̄tulit nobis: q Et prauicoz .s. i. habēs prauū coz. Vl' Prauicordi⁹ .i. habēs prauū coz. i. diffidēs. r In illis scādaliçabit .i. in duab⁹ vijs. i. offendet. Continet enī a iusticia iuste: q̄ a se expellit miscōiā. s Coz nequā. i. sine eq̄tate. i. p̄sūptuo/sū: q̄d oīno excludit iusticiam dei/nimis ampliās miscōiam: t Grauabit/in futuro: v In doloꝛib⁹/ supplicioꝛ: q̄z ꝫ graue fuit sarcina pctoꝛ: tūc enī sentiet iusticiā dei quā mō excludit. Un̄. j. v. b. oz. De p̄pitiatu pctoꝛ noli eē sine metu nec adijcias pctm̄ super pctm̄: ⁊ dicas: miseratio dei magna ē: multitudis pctoꝛ meoꝛ miserebit: miscōia enī ⁊ ira ab illo sępe p̄primat ⁊ in pctoꝛes respicit ira illi⁹. Seq̄t. x Et pec catoꝛ adijciet ad peccādū: Uel p̄ desperationē: sicut dī Prouerb. xviij. a. Impi⁹ cū venerit i p̄fundū vitioꝛ p̄tēnit: Vl' p̄ p̄sūptionē ñ cessās peccare: q̄z nimis p̄sumit ō miscōia dei. Sequit: y Synagoge supboꝛ: vel p̄sūptuosoz̄/ vel ambitioſoꝛ: z Nō erit sanitas/ spūalis/ et si coꝛpo/ralis. Forte ad malū eoꝛ: q̄z inde magꝭ supbiēt ⁊ ad peccādū pcliuiores fiēt. Un̄ Ps. Jn laboꝛe hoīm nō sūt ⁊ cū hoib⁹ nō flagellabūt: ō tenuit eos supbia. Quare aūt nō sit sanitas hui⁹ synagoge: subdit: a Frutex enī pcti .i. oīs excusa/tio pctm̄ palliās vel diminuēs: b Eradicabit i illis .i. auferet ab illis. s. supb: q̄z nō poterūt excusare pctm̄ suum vel palliare/ sic̄ frutex celat ferā. Uel aliter: a Frutex pcti .i. multitudo siue ꝫgeries pctoꝛ: b Eradicabit in illis .i. manifestabit radicit⁹: vñ p̄fūdet: ⁊ dicet: Quid nob⁹ p̄fuit ⁊c. Sap. v. b. Et dicet eis p̄ria p̄scia: Quę fructū habuisti tūc i illis i q̄b⁹ nūc erubescit? Ro. vj. d. Et signant dic̄: Eradi cabit: q̄z sic̄ arboꝛ eradicata nō emittit ramos/ ꝫ siccat in se: sic supbia maloꝛ i die iudicij radicit⁹ reuelata nō ampli⁹ emit tet ramos p̄sūptiōis vl' ābitiōis: ꝫ i seipso siccabit vt ꝑpetuo cōburat. Uel sic. a Frutex pcti .i. ipe pctoꝛ/ habēs ꝫge/riē pctoꝛ fixā in coꝛde: b Eradicabit in illi .i. cū illi ⁊ p illis ō terra viuētiū. c Et n̄ intelliget .i. non approbabit apud deū. Mat. vij. c. Nō noui vos. d Coz sapiēti: cui sapiūt res p̄m sapoꝛē p̄riū/ ⁊ amāt p̄m valoꝛē suū e Intel

Alt. †peccato in/ spiritū sanctū

ligetur/ab alijs: a In sapiẽtia. i. prudentia/doctrina. Per doctrinã enĩ iudicat qualiter doctori sapiant res/z quãti estimenk. Unde Judicũ.xiiij.b. In ore leonis iuentum est mel. b Et auris bona. i. boni auditores: c Audiet cum omni ꝓcupiscentia sapientiã. i. sapientis doctrinã. Auris bona dicit ḡ libenk audit bona/z prudenk discernit audita z obedienter operatur intellecta. d Sapiens cor/in lege dei. e Et intelligibile. i. cor mundũ habile ad intelligentiam spiritualium. f Abstiebit se a peccatis/factis vel faciẽdis. g Et in operibus iusticię successus habebit: qz bene succedet ei q̃ sapiens z intelligẽs est.

A b Ignem ardentem zc. Hic hortak ad opa misericordię: et maxime ad elemosynam cõparãs eam aḡ et peccatũ igni: quia sicut aqua mũdat sordes: ita elemosyna mũdat peccata. Unde Lucũ.xj.f. Date elemosynam z ecce oĩa mũda sũt vobis. Similiter aqua extinguit ignem/z elemosyna ꝓcupiscentiaz: a qua oritur omne peccatum: sicut dicit Aug⁹. super Cantũ. vij. Ignis vero peccatũ dicitur: quia sicut ignis omnia consumit z sola aqua extinguik: ita peccatũ omnia bona perdit: et sola gratia expellitur. Unde Job.xxxj.b. Ignis ẽ vsq̃ ad cõsumptionem deuorãs z oĩa eradicãs genimia. Dicit ergo: b Ignẽ ardẽtẽ extingit aqua: z elemosyna/ex charitate data: i Resistit peccatis/ne multiplicent aut crescãt. Ps.41. Peccatũ enĩ ad peccatũ attrahit: qz abyssus abyssũ iuocat. De hoc dr Tob.iiij.b. Elemosyna ab oĩ pctõ z a morte liberat. k Et de⁹ protector/vel/ ꝑspector est ei⁹/ cõtra pctã et dęmones: l Qui reddit gratiã. i. elemosynã: ḡ paupi debek/et gratis debet dari. Dat.x.a. Gratis accepistis gratis date. Uel l Qui reddit gratiã. i. q̃ reddit grates deo de bñficijs susceptis. Eph̃.v.d. Pro omnib⁹ semp gratias agentes. m Abeminit in posterũ. i. sibi prouidet in futuro. n Et in tempore casus. i. mortis/suę o Inueniet firmamentũ. i. stabile prẽmiũ.

Et. ꝑ. ꝓtector

Expo. Ca. IIII.

Eli elemosynam zc. In prẽcedẽti capitulo monuit auctor ad pietatẽ in parẽtes: hic monet ad pietatẽ in oẽs: ꝛm q̃ dñs dicit Lucũ.vj.e. Omni petenti te tribue. Et.ij.Corũ.ix.b. Potẽs est de⁹ omnẽ gratiã abũdare facere in vobis vt in oĩb⁹ sufficientiã habẽtes/ abũdetis in oẽ op⁹ bonũ. Sũt aũt multę species elemosynę: Mã q̃ necessaria dat indigẽti/elemosynã facẽ: z q̃ veniã dat peccãti elemosinã facẽ: z q̃ ex corde corrigit delinquẽtẽ: z q̃ erudit ignrãtẽ facto vel ꝓbo/elemosynã facẽ. Nec ẽ differẽda aliq̃ istarũ elemosynarũ si sit tribuẽti facultas. Sic scꝑtũ est Prouer.iij.d. Ne dicas amico tuo: vade z reuertere z cras dabo tibi cũ statim possis dare. Itẽ faciẽda est elemosyna hilariter: nõ ex tristicia aut ex necessitate. Hilarem enĩ datorem diligit deus. .ij.Corũ.ix.b. Unde legitur Lucũ.xxj.a. q̃ vidua paupcula plus omnib⁹ posuit in gaçophylaciũ: quia quãtitatẽ munerũ non pensat deus/sed deuotionẽ cordis. Dicit ergo: p Eli elemosynam pauperis. i. paupi debitã: q Ne dẽ fraudes/retinẽdo vel differẽdo vel minuẽdo vel obiurgando paupem vel cõmutãdo. Mã auferre res paupũ paupib⁹ sacrilegiũ est/dicit Hiero⁹. Esa.lviij.c. Frãge esurienti panez tuũ zc. Lucũ.xiiij.c. Cũ facis ꝓuiuiũ: voca debiles/claudos cęcos: z btus eris: qz nõ habẽt vnde tibi retribuere possint.

Et. ꝑ. tauertas

Et. ꝑ. cõminãdo

a in sapientia: et auris bona
c audiet cum omni concupi-
d scentia sapientiam. Sapiẽs
e cor et intelligibile abstinebit
f se a peccatis: et in operibus
g iusticię successus habebit.
b Ignem ardentem extinguit
i aq̃: et elemosyna resistit pec-
k catis: et deus ꝑspector est
l eis qui reddit gratiã. Me-
m minit in posterum et in tem-
n pore casus sui inueniet fir-
o mamentum. Capi. IIII

p Eli elemosynã pau-
q peris nẽ defraudes:
r et oculos tuos ne trãs-
s uertas a paupe. Animam
t esurientem nẽ desperaris: et
v non exasperes pauperem in
x inopia sua. Cor inopis ne
y afflixeris: et non protrahas
z datum angustiati. Rogatio-
a nem contribulati nẽ abijci-
b as: et non auertas faciẽ tuã
c ab egeno. Ab inope ne auer
d tas oculos tuos propt iram:
e et non relinquas querenti-
f bus tibi retro maledicere.
g Maledicentis enim tibi in
amaritudine animę/exaudi-
b etur precatio illius: exaudi-
et autem eum qui fecit illũ.

r Et oculos tuos ne trãsuertas a paupe: ne ei cõpatiaris vt mouear ad dandũ aliq̃d ei. Tob.iiij.b. Ne auertas faciẽ tuã ab vllo paupe: ita enĩ fiet vt nec a te auertat facies dñi. s Animã esurientẽ/verbum corpale vel spirituale. t Ne desperer/nolẽdo cõpati. q. d. si nõ habes q̃d possis dare/saltẽ cõpatiar⁹ ei: et sic tecum dedisti/q̃d plꝰ ẽ. Unũ Sen̄. Plꝰ ẽ dare se q̃ sua. Esa. lviij.c. Si effuderis esurienti aiaz tuã: z aiaz afflictã repleueris/orietur in tenebris lux tua. v Et nõ exasperes pauperẽ i inopia sua: obiurgãdo ipsũ. q. d. cũ mansuetudine z largitate da elemosynaz paupi: plꝰ enĩ recreatur ad dulce verbũ/q̃m ad elemosynę datum. Unũ.j.xviij.b. Mõne ardorẽ refrigerat ros: sic z ꝓbũ melꝰ q̃m datũ. Prouerb. xiiij.d. Qui calũniat paupez exprobrat factori ei⁹. Greg⁹. Mõ sũt pauperes tractandi vt serui: sed rogandi vt aduocati. Unũ Lucę. xvj.c. Facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis: vt cũ deficerit recipiẽt vos in ętna tabnacula. x Cor inopis ne afflixeris/differẽdo elemosynã. y Et nõ ꝓtrahas datũ .i. q̃d debes/tibi a deo datũ: z Angustiati. i. illi q̃ cũ angustia petit elemosynã vel mun⁹. Valet enĩ min⁹ elemosyna dilata. Sen̄. Quantũ mor̃ę addidisti/tantũ gratię subtraxisti. Job.xxxj.b. Si oculos viduę expectare feci. a Rogationem. i. bumilẽ petitionẽ: b Contribulati. i. paupers interi⁹ z exteri⁹ tribulati: vel cũ q̃ tu debes cõpatiendo tribulari. c Ne abijcias/denegando quod petit. d Et nõ auertas faciẽ tuã ab egeno/despiciẽdo eũ. Denegando abijcit q̃ nõ dat: auertit faciẽ qui non cõpatik. Greg⁹ Mũq̃ manus vacua est a munere/ cuius arca cordis plena ẽ bona volũtate. e Ab inope nõ auertas oculos tuos ꝓpt̃ iram. i. si iratus fueris pauperi ꝓpter aliquã iniuriam tibi illatam: non ideo subtrabas elemosynã: quia non solum homini/s deo datur elemosyna. Matth̃. xxv.d. Quod vni ex mĩnis meis fecistis: mihi fecistis. Prouerb. xxv.c. Si esurierit inimicus tu⁹ ciba illũ: si sitit potum da illi: prunas enĩ sup caput ei⁹ congregab⁹: q̃b⁹. s. accẽdit ad amorẽ tuũ. Patet aũt q̃ ñ supflue bis dic̃: Ne auertas faciẽ tuã ab iope. Quidã enĩ auertũt ex incõpassiõe: q̃dã ex ira: z vtrũq̃ malũ ẽ: iõ vtrunq̃ amouet ne fiat. f Et nõ relinq̃s grẽtib⁹ tibi retro maledicere. i. nõ des occasionẽ paupi maledicẽdi tibi: q̃d fac̃ q̃ facię suã spernẽdo paupez auertit ab eo. Et subiũgit cãm: g Maledicẽti enĩ tibi i amaritudine aię suę exaudiet ꝓcatio illi⁹. i. ad effectũ audiet. Sz videt q̃ nõ debeat exaudiri: qz peccat sic maledicẽdo: Mõ enĩ legit q̃ laçar⁹ diuiti maledixerit. Sz dicim⁹ q̃ b appellat maledictio ipsa paupis amaritudo cordis q̃ clamat ad dñz ꝫ diuites q̃ possẽt eis sꝰuenire z nolũt. Uñ nõ dic̃: maledicẽti tibi i ꝓbo vel i volũtate: s i amaritudie aię. Sic etiã Oz. j. xxxv.c. Mõne lachrymę viduę ad maxillã descẽdũt: z exclamatio ei⁹ sup deducẽtẽ eas? Sic sãguis abel clamat ꝫ cain: Gen̄. iiij.b. Abel interꝑt nihil h̃: et significat pauperẽ. Cain possessio: et significat diuites sic faciũt eas. Sic etiã elemosynę clamãt ꝓ illis q̃ faciũt eas. Act̃. x.a. Oratones z elemosynę tuę ascenderũt i memoriã in ꝓspectu dei. Sz ne diceret: ñ curo si exaudiak ꝓcatio paupis: qz ille q̃ exaudit nõ põt mihi aliq̃d facere: imo dic̃ ipse: qz dñs exaudiet illã. Et h̃ ẽ: b Exaudiet aũt eũ qui fecit illũ/q̃ põt vindicare cũ voluerit. Oz ꝺo

Plures spẽs elemosyne

Luc̃.16.c.

opa pietatis fiant

oga pietatʒ flat ꝙ hūſſlitatē ⁊ benignitatē/cōſequenť idicat ad illa dicēs: a Cōgregatiōi paupeꝝ affabilē te facito/ benigne ⁊ māſuete alloquēdo eos. Mā ſiē dič Glo. māſuetu/ do neminē ſpernit: hūilitas ſe oīb⁹ ſbūcit: decet aūt chriſtia/ nū ꝙlib⁹ ⁊ iferiozib⁹ affabilē eē ⁊ mitē/seniozib⁹ hūilē. Ūñ ſe quič: b Et ꝓſby/ tero humilia aiaz tuā: acqeſcēdo ei⁹ ꝓſi liꝭ ⁊ exhoztatiōib⁹ et mādatis obediēdo. c Et magnato. l. ꝑn/ cipi vel prelato: d Hūilia caput tuū reuerentiā exhibēdo. Leuiť. xix. f. Coram cano capite ꝓſurge: et honora pſonaz ſenis. Thren. iiij. c. Facies dñi diuiſit eos: nō ad det vt reſpiciat eos: fa cies ſacerdotū nō erubuerūt: neꝙ ſenū miſerti ſūt. Et monet ꝫ ad duplicē hūilitatē: iteriozē ⁊ exteriozē. Interioz clauſa ē exteriozi: et exterioz cuſtos ē iteriozis: ſič enī ignis ⁊ cinis ſic ſe habēt. Interiozē tangit vbi dicit: Preſbytero hūilia aīam tuā. Exteriozē tangit dicens: Et magnato hūilia caput tuū. e Declina pauꝑi ſine triſticia aurem tuā/ vt audias eū cū effectu. q. d. paupem clamantem exaudi: hilariť da qđ petit. Hilarē enī datorē diligit deus. ij. Coꝛ. ix. b. ꝫ. xxxv. b. In omni dato hilarē fac vultū tuū. f Et redde debitū tuū: pauperi elemoſynā ⁊ cōſolationē: magnato reuerentiā: ꝓſbytero honorē. Ūñ Roma. xiij. b. Reddite oībus debita: cui tributū/tributū: cui vectigal/vectigal: cui timorē/timorē: cui honorē honorē. g Et rnde pacifica i māſuetudi ne. Nam mollis rñſio frangit iram: Prouerb. xv. a. ij. Ti/ moth. ij. d. Seruū dñi nō opoꝛtet litigare: ſed māſuetū eē ad omnes: docibilē/patientē/cū modeſtia coꝛripientē. h Li/ bera eū qui iniuriā patiť de manu ſupbi. i. tyrāni vel diaboli. i Et nō acide. i. tędioſe vel indigne: k Feraſ in manu tua: hoc eſt: ne ſuſtineas moleſte laboꝛē quē ha/ bes in liberādo oppreſſos a tyrāno vel a diabolo. Job. xxix. c. Conterebā molas iniqui: ⁊ de dentib⁹ illi⁹ auferebā prędā. Prouerb. xxiiij. b. Erue eos qui ducunť ad moꝛtē/ ⁊ qui tra/ huntur ad interitū liberare ne ceſſes. Qđ aūt dicit: In ma/ nu tua/ ſupplendum eſt/ et non acide feras/ liberare eos in manu tua. i. per teipſū: qđ eſt ꝓtra multos: vel in virtu/ te tua. l In iudicādo eſto pupillis miſericoꝛs vt pater: q̄ ꝓ poſſe ſuo nō ſineret oppꝛimi filiū vel grauari. Sz contrariū videť dicere moyſes/ Exo. xxiij. a. Pauperis non miſereberis in iudicio. Sol. Ubi pauper habet iniuſtā cau/ ſam/ nō ei miſerendū q̄n iuſte iudicet: vbi ꝙ iuſtā habet cau/ ſam/ fouēdus eſt ⁊ defendēdus: Et hoc eſt opus miſericoꝛ/ dię. Unde Eſa. j. e. Quęrite iudiciū: ſubuenite oppreſſo: iudi cate pupillo: defēdite viduā: ⁊ venite ⁊ arguite me dicit dñs: ſupple niſi retribuero vobis. Sed heu hodie pōt dici eccleſię ſicut olim hieruſalē: Principes tui infideles/ ſocij furū: oēs diligūt munera/ ſequunť retributiōes: pupillo non iudicāt: et cauſa viduę non ingredič ad eos. Nō talis fuit Job. xxix. c. Pater eram pauperū: ⁊ cauſam quā neſciebā diligentiſſime inueſtigabā. m Et ꝓ viro matri illoꝝ. i. pupillorū eſto/ conſulēdo ⁊ defendēdo. n Et eris tu velut filius altiſſimi obediēs: q̄ ꝑī obediuit vſqꝫ ad moꝛtē: Phil. ij. a. Et mulierē in adulterio deꝑhēſā liberauit: Job. viij. b. o Et miſerebič tui/ in nouiſſimo i remiſſiōe pcī et remune/ ratiōe ꝓmij. p Magis q̄ mat: q̄ tenere diligit filiū: Sz de⁹ tenerius diligit aīas ꝓ quib⁹ factꝰ homo moꝛi voluit. Job. xv. b. Maioꝛē hac dilectionē nemo habet q̄ vt animā ſuā ponat qs ꝓ amicis ſuis. Quattuoꝛ aūt cauſas tāgit ꝫ au/ ctoꝛ q̄ debēt mouere ad ſubueniēdū pupillis et viduis. Pri/ mū ē ipſa miſerāda q̄ditio pupilloꝝ et viduaꝝ: qđ⁹ miſerādū eſt: quod tāgit ibi: In iudicando pupillis eſto miſeri/ coꝛs vt paꝛ. Quius enī cōditio clamoꝛ eſt ad ſubueniēdū: qui mouit iudicē iniquū. Luc. xviij. a. Unde ait: Et ſi deū non timeo ⁊ ſi hoīem nō reuereoꝛ: tñ qz mihi eſt moleſta hęc vidua/ vindicabo illā: ne i nouiſſimo veniēs ſuggillet me. Se cūdū ē aſſimilatio filij: q̄ talib⁹ libenť miſerek. Ūñ Pſ. Tibi derelict⁹ ē paup: ⁊ oꝛphano tu eꝛ adiutoꝛ. Et ꝫ tāgit ibi: Et eris tu velut filius altiſſimi: id ē ſimilis eris filio dei. Tertiū eſt bonū obediētię: qz talib⁹ ꝓcipit dñs ſub/ uenire. Eſa. j. e. Quę/ rite iudiciū ⁊c. Et hoc tāgit ibi: Obediēs. Quartū ē ꝓmiſſio mi ſericoꝛdię dei q̄ ꝓmit/ tit ſe miſereri his q̄ ta lib⁹ miſerēť. Matth. v. a. Beati miſericoꝛ/ des. Et hoc tangitur ibi: Et miſerebitur tui magis q̄ mater. Unde Eſa. xlix. d. Munq̄d pōt mu/ lier obliuiſci infantē ſuū/ vt nō miſereat filio vteri ſui: Et ſi illa oblita fuerit: ego tñ nō obliuiſcar tui/ dič dñs. Seq̄ť. q Sa pięcia filijs ſuis ⁊c. Supꝛa iuitauit auctoꝛ ad opa miſeri coꝛdię ſimplici admonitiōe verbi: hic inuitat ad eadē exēplo chriſti. Ūñ dič: q Sapia. i. chriſtꝰ dei virtꝰ ⁊ dei ſapięcia: j. Coꝛ. i. d. r Filijs ſuis. i. diſcipulis vel imitatoꝛib⁹ ſu/ is: s Vitā inſpirauit. i. vitā ſpūalē dedit/ vel inſpirādo dedit. Et ꝫ ideo dicit: qz cū dedit ſpiritū diſcipulis ſuis/ inſuf flauit ⁊ dixit: Accipite ſpūm ſcm̄: Joh. xx. e. Uerunt̄ eſt mu/ tiplex vita quā inſpirat deus. Prima ē vita naturę bñ inſtitu tę. De q̄ dicit Geñ. ij. b. Et inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vitę. Eſt etiā vita naturę coꝛruptę. De q̄ Job. xiij. a. Hō na tus de muliere/ bꝛeui viuēs tpe. Et Sap. ij. a. Exiguū ⁊ cū tędio ē tps vitę nr̄ę. Hāc ñ iſpirauit dñs. Ipſe enī ſanabiles fecit natiōes oꝛbis tꝛaꝝ: Sap. j. d. Sz iuidia diaboli ⁊ ſtulti/ cia hoīs itrauit mozs i oꝛbē tꝛaꝝ: Ibidē. ij. d. Eſt ⁊ vita gra tię. De qua Pſ. Viuent coꝛda eoꝝ in ſęcula ſęculi. Hęc cō/ ſiſtit in cognitiōe dei: ſič dr̄ Joh. xvij. a. Hęc eſt vita ęterna ⁊c. De triplici q̄ vita pōt intelligi: Sapia filijs ſuis vitā inſpirauit. Prima in creatiōe hoīs: ſcōam i regeneratione baptiſmi: tertiā i glorificatiōe coꝛpis. Seq̄ť t Et ſuſcipit exp̄rētes ſe. i. ex coꝛde q̄rētes/ vel ex̄ mūdū iſtū q̄rētes: nō ſič q̄dā q̄ in tpalib⁹ q̄rūt deū ⁊ nō iueniūt. Sicut legit Oſee. v. b. In gregib⁹ ſuis ⁊ armēt/ ſuis vadūt ad q̄rēdū dñm ⁊ ñ inueniēt. Quid mirū: Quia iā aſcēdit i cęlū. Ūñ ibi q̄rēd⁹ ē oꝛone: ⁊ iueniēd⁹ ē in ꝓtēplatiōe: tenēd⁹ ē mētis hūiliatiōe. Cant. iij. b. Paululū cū ꝓtrāſiſſē eos/ inueni quē diligit aīa mea: tenui ⁊ nō dimittā. Hos aūt q̄ talit q̄rūt dñm/ ſuſcipit ipſe. i. ſurſū capit: vt i cęlis ſit tota ꝓuerſatio eoꝝ: Phil. iij. d Itē ſuſcipit ad ꝓtegēdū. Ūñ ſuſceptoꝛ et ꝓtectoꝛ dr̄ i Pſ. Itē ſuſcipit ad reficiēdū. Mat. xj. d. Uenite ad me oēs q̄ la/ boꝛatꝫ ⁊c. Itē ſuſcipit ad erudiēdū. Ūñ Pſ. Ad te dñe ꝓfu gi: doce me facere voluntatē tuam. Item ſuſcipit ad glificā/ dū. Pſ. Suſcipiēs māſuetos dñs. Primo ſuſcipit timidos vt dñs: ſcōo famelicos vt pať: tertio ignaroſ vt mgr̄: quarto miſeros vt deus. Hec ſolū ſuſcipit/ imo occurrit obuiā. Ūñ ſeq̄ť: v Et ꝓibit i via iuſticię/ q̄ſi lux/ ⁊ q̄ſi dux. Mich. ij. d. Aſcēdet pādēs iter añ eos. Joh. viij. b. Qui ſequiť me nō ambulat i tenebꝛis ſz hz lumē vitę. Uiā iuſticię vocat pę/ nitētiā ſiue opa bona: p q̄ hō de ſeipſo faē viā p quā venit ad deū. De q̄ dicit Pſ. Uiā ciuitatis habitaculi non iuenerūt. Pſ. 106. In hac via q̄uenit nos dñs/ comitať ⁊ ſubſeq̄ť. Pręuenit enī per gr̄az vt icipiam⁹: comitať p adiutoꝛiū/ ne deficiam⁹ ꝫ ꝓficiam⁹: ſubſeq̄ť dādo pſeuerātiā vt pueniam⁹ et coꝛonē: qz q̄ pſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſalu⁹ erit: Mat. x. c. et. xxiij. b. x Et q̄ illā diligit. ſ. ſapiaz: y Diligit vitā: qz ipa eſt vita. Joh. xiij. a. Ego ſū via/ ver̄itas ⁊ vita. Ille diligit ſapiaz q̄ mādata ei⁹ ſeruat et facit: ſicut dr̄ Joh. xiij. c. Qui habet mādata mea ⁊ ſuat ea: ille ē qui diligit me. z Et q̄ vigi/ lauerint/ pſeuerank: non ſolū vigilātia coꝛpis/ ꝫ etiā mētis.

a Ad illam. ſ. ſapiam inq̃rendam ⁊ exq̃rendã ⁊ acq̃rendã: b Cõplectẽt placorẽ ei⁹. i. corde ⁊ corpe vel intellectu et affectu amplectent placorẽ. ſ. placationẽ ſiue beniuolẽtiã ei⁹: a placo cas. i. gr̃az: q̃ habita placabũt deo ⁊ de⁹ eis. Vel ſic. Cõplectent placorẽ. i. †tẽtę vitę ſanitatẽ: qua habita penit⁹ erũt placati/nihil vltra deſiderãtes. Vl̃ complectent. i. intellectu ⁊ affectu amplectent intelligentię ſaporẽ: et tũc dicitur placor de placeo ceſ. Aliq̃ libri habẽt placatorẽ ei⁹. Et eſt ſenſus: q̃ vigilauerint ad illam. i. q̃ tota vigilantia mẽtis illi fuerint: cõplectent placatorẽ. i. ipſũ chr̃iſtũ: q̃ i cruce placauit nob⁹ p̃iem ⁊ nos p̃ii. Propt̃e q̃ dr̃ mediator dei et hoĩm. j. Timoth̃. ij. b. Vñ Eph̃. ij. c. Ipſe ẽ pax nr̃a q̃ fecit vtraq̃ vnũ: ⁊ mediũ parietẽ macerię ſoluẽs inimicitias in carne ſua. c Qui tenuerint illã/vere obediẽdo: corde/ore ⁊ ope obſequẽdo. d Vitã hereditabũt/ętnã. i. tãq̃ hereditatẽ poſſidebũt ſine oi calũnia aut inq̃eratione. e Et q̃ introibit bñdicet de⁹. i. ab illo ⁊ i illo i quẽ introibit/bñdicet deus. i. bon⁹ p̃dicabit vel laudabit. Alia lr̃a habet: Et q̃ introibit bñdicet de⁹. i. illũ i q̃ introibit ſapia bñdicet deus in p̃ſenti bñdictiõe ſiniſtr̃e: in futuro bñdictiõe dextr̃e. Intrat aũt ſapia i hoies p gr̃az/intellectũ illuminãdo et affectũ inflãmando. f Qui ſeruiũt ei. ſ. ſapię. i. chr̃iſto: g Obſequẽtes erũt ſctõ. i. p̃ii. Idẽ em̃ honor eſt p̃ris et filii. Qui honorificat p̃rem/honorificat et filiũ: Joh̃. v. d. h Et eos q̃ diligũt illã/ſapiaz. i Diligit deus/pat vel de⁹ trinitas. Prouerb̃. viij. b. Ego diligẽtes me diligo. Joh̃. xiiij. c. Qui diligit me diliget a p̃re meo ⁊ ego diligam eũ: Et p̃ſtat q̃ etiã ſpũſſctũs: q̃ eſt ipſa dilectio. Sed q̃ probatio dilectionis exhibitio eſt opis: ſequit̃: k Qui audit illã. i. p̃ſiliũ ei⁹ pficit: vt ẽ illud Matth̃. xix. c. Si vis pfect⁹ eſſe: vade ⁊ vẽnde oĩa q̃ poſſides ⁊ da pauprib⁹: et habeb̃ theſauros in cęlo: ⁊ ſeq̃re me. l Judicabit gẽtes. i. cũ dño iudicabit gentes. Vñ Sap̃. iij. b. Judicabũt ſancti natiões. Et Matth̃. xix. d. Amẽ dico vob̃: q̃ vos q̃ ſecuti eſtis me ⁊c. Vel etiã i p̃ſti iudicat: q̃ ſpũalis hõ oĩa diiudicat: ipſe aũt a nemine iudicat. j. Cor̃. ij. d. Vel de ſapia creata intelligit: k Qui audit illã iudicabit gẽtes. i. ad iudicãdũ p̃ſtitui debet. Prouerb̃. j. a. Intelligens gubernacula poſſidebit m Et qui intuet illã/ituitu verę fidei. n Permanebit p fidẽs. i. ſecurus ſtabit in die iudicij. Eſa. vij. b. Fm aliã litteram. Niſi crediderit̃is non p̃manebit̃is. Vel de p̃ſenti. m Qui intuetur illam/recta fide ⁊ intentione: n Permanebit/in tẽptatiõe/cõfidẽs. Prouerb̃. xxviij. a. Juſt⁹ quaſi leo cõfidit ⁊ abſq̃ terrore erit o Si crediderit ei: ſapientię: p̃manebit cũ eo i temptatiõe vel i die iudicij. q. d. a fide eſt: ſed itellige a fide per dilectionẽ operãte: Sal̃. v. b. p Et hereditabit illã/ſapientiã. i. inſepabilit̃ ei adhęrebit i gl̃ia p̃ cõfirmationẽ. q Et erũt i cõfirmatiõe creaturę illoꝝ. i. opera ſiue merita illoꝝ erunt confirmata in bono: quia non poterũt decętero amittere illa. Et dicunt̃ opera creaturę: quia p̃incipalit̃ ſunt a deo. Eſa. xxvj. c. Oĩa opera noſtra operatus es in nobis dñe. Phil̃. ij. b. Deus eſt qui operatur i nobis velle ⁊ perficere p̃ro bona volũtate. Et reuera permanebit. r Quoniã in temptatione ambulat/ſapięntia. ſ. s Cum eo: qui credit ei. t Et in p̃mis elegit eum. i. antecq̃ crederet vel opa faceret. Vel/In p̃cipuis. i. in p̃cipuis/vt ea habeat quę ſunt gaudia ęterna. Vl̃ In primis elegit eum. i. vt ſit inter p̃mos. i. int̃ patriarchas ⁊ apoſtolos. Et nota q̃ in ſerie iſta innuit auctor: q̃ q̃tuor modis erimus inſepabiles a deo: loco et aĩo. Loco vu-

a lauerint ad illã: cõplectẽt b ⁊placorẽ ei⁹. Qui tenuerint c illam/ vitã hereditabunt: d et quo introibit ⁊bñdicet de⁹us. Qui ſeruiunt ei obſequẽ e tes erunt ſancto: et eos qui f diligunt illam/diligit deus. g Qui audit illam ⁊iudicabit h gentes: et qui intuetur illam i p̃manebit cõfidẽs. Si crẽ k diderit ei hereditabit illam: l et erunt in p̃firmatione cream turę illorum: quoniã in tem n ptatione ambulat cum eo: et o in primis elegit eum. Timorem et metum et probationẽ p indũcet ſuper illũ: ⁊ cruciaq bit illum in tribulatione doc ctrinę ſuę/donec temptet eũ d in cogitationib⁹ illi⁹: et credat e aię illius. Et firmabit illũ et f iter adducet directũ ad illũ: plicite: quia cum eo erimus in iudicio cũ ſepabunt̃ grana a paleis et hędi ab agnis: qđ notat̃ ibi: Et qui intuet̃ illam p/manebit confidens. Itẽ erim⁹ cũ eo in cęlo empyreo. Joh̃. xvij. d. Pater quos dediſti mihi: volo vt vbi ego sũ: illi ſint mecũ vt videant claritatẽ ⁊c. Hoc aũt notat̃ ibi: Si crediderit ei permanebit in loco ſuo: vbi. ſ. chr̃iſt⁹ ẽ in dextera dei ſedẽs. Animo/cum p amorem ⁊ viſionem ei adhęrebim⁹: et erit vna volũtas noſtri ⁊ dei: et erim⁹ vnũ cum eo: Sicut dr̃ Joh̃. xvij. c. Sicut tu pater in me et ego in te/rogo vt et ipſi in nob⁹ ſint vnum. Et hoc notat̃ ibi: Et hereditabit illã: id eſt immobilit̃ q̃ſi hereditatem poſſidebũt eã. Quarta inſepabilitas eſt meriti a p̃mio. Dũ enim sum⁹ i mũdo pot̃ fieri ſepatio: ſed tũc neq̃q̃: qđ notat̃ ibi: Et erũt in confirmatione creaturę illorum. Et cum ſupra dixiſſet ſingulariter: Permanebit ⁊ hereditabit: modo dicit pluraliter: illorũ: et ipſa mutatio numeri ſignificat q̃ numerus ſingularis comprehenſiue tenetur ſiue collectiue. Sequit̃: v Timorem ⁊ metum ⁊c. Hic oſtendit auctor q̃ mala ⁊ tribulationes quę ſuſtinemus ſunt a deo. Et primo oſtendit timorem gehennę: quem incutit dñs vt retrahat a peccatis. Vñ dicit: v Timorẽ/offenſę: x Et metũ/gehẽnę. y Et probationem: id eſt tribulationẽ quę pbat homines: z Inducet/ſapientia ſcilicet: a Super illum: qui credit ei. Roma. v. a. Tribulatio patientiã operatur: patientia probationẽ. Vel ſic. v Timorẽ/de malis cõmiſſis. x Et metum/de bonis omiſſis. y Et probationẽ: id eſt tribulationẽ probantes: z Inducet/effectiue vel permiſſiue ſapientia. a Super illum. Sup̃ dicit: quia nec modicam temptationẽ poſſet homo diu per ſe ſuſtinere niſi iuuaretur a deo. j. Cor̃. x. c. Fidelis deus qui non patietur ⁊c. b Et cruciabit illũ in tribulatiõe doctrinę ſuę: id ẽ in doctrina tribulationis: vel in tribulatione erudiente vel docẽte. Eſa. xxviij. e. Sola vexatio tãtũmodo intellectũ dabit auditui. Hiere. vj. b. Fm aliã litterã: Per oñe flagellũ ⁊ dolorem erudieris hieruſalẽ. c Donec temptet eum i cogitationib⁹ illius: id eſt probet eum ⁊ cognoſcere faciat ipſa experiẽtia tẽptationis/an vere ſint cogitationes ſuę. Multi enim dum in pace ſunt/multa et indigna cogitant de ſe: q̃ cum temptant̃/aliter inueniunt̃: propter qđ dicit. j. xxviij. b. Qui nõ eſt temptatus quid ſcit: d Et credat animę illius: Repete: Et cruciabit illũ ſapiẽtia donec ipſe credat animę illius: id eſt animę dei. Non q̃ deus habeat animã ſicut nec manus: ſed dicitur anima dei voluntas dei: cui quiſe conformat illa volens quę ille vult: dicitur ſe credere illi. Vel ſic. b Et cruciabit illũ/ſapientia: c Donec/ipſa ſapientia: d Credat/ſe/animę illius: id eſt talem fecerit q̃ poſſit ſe credere illi: Hoc ẽ/donec fidelem ⁊ doctũ experientia fecerit. e Et firmabit illum. i. firmũ ⁊ inflexibilem ad peccatum facier. Sicut enim lutum ſolidatur in igne: ſic homo in tribulatione. j. xxvij. a. Vaſa figuli probat fornax: et homines iuſtos temptatio tribulationis. f Et iter adducet directũ ad illũ. Hypallage ẽ: id ẽ adducet ipſũ ad iter directũ: id ẽ directe adducẽs ad deũ. Hoc iter eſt tribulatio ⁊ pſecutio q̃ recte itur ad deũ. Act̃. xiiij. d. Per multas tribulationes oportet nos itrare i regnũ cęlor. Luc. vlt. d. Nõne oportuit chr̃iſtũ pati ⁊ ſic itrare i gl̃iam ſuã: Hoc iter dñs adducere dr̃ vl̃ nos ad ipm: q̃ nolẽtes ad mĩn⁹ fm ſenſum litatẽ recipim⁹ temptationes. Vñ petro dixit dñs: Joh̃. xxj. f. Cũ ſenuer̃ alius cinget te ⁊ ducet q̃ tu nõ vis. Sz q̃ dñs p⁹tẽpe ſtatẽ trãq̃llũ fac: ⁊ p⁹lachrymationẽ ⁊ fletũ exultationẽ ifũdit: vt dicit Tob̃. iij. d

al. ⁊iniolab

vt dicit Tob.iij.d. Jō subiūgit: a Et lętificabit illū: in futuro i suscipiendo ad gloriā: qñ dicet ei cū alijs: Uos estis
Luc.22.c. q̄ pmānstis mecū in tēptatiōib⁹ meis ⁊c. Uel/Lętificabit
illū/etiā i pūti p inhnā psolationē: sic dic Ps. Scom multitu
Ps.93. dinē dolor meor i corde meo: psolatiōes tuę lętificauert aiaz
meā. Et est eadē ma/
teria gaudij et dolo/
ris. Doloris inquātū
affligēs: gaudij vo in
q̄tū est via ad salutē.
Uñ cū bō psiderat q̄
tribulatio via ē ad cę/
lū: gaudet de ipsa tri/
bulatione. Propt̄ qō
dicit apls.ij. Corl xij
c. Libenł gloriabor i
infirmitatib⁹ meis: vt
habitet i me ꝑt⁹ chri
sti. i. patiētia. b Et
denudabit absco/
dita sua illi. s. tēptato. i. mysteria abscondita reuelabit: vel
Dan.9.c. quāta oporteat eū pati pro noie eius. Uel/Denudabit
absōdita sua illi. i. seipsū: q̄ modo ē absōdit⁹: qr nūc vi/
det p speculū i enigmate: tūc manifestabit apte. c Et the
sauriçabit sup illū sciaz ⁊ itellectū iusticię. i. dabit illi
sciaz interior ⁊ itellectū: vt sic iuste viuat: reddēs vnicuiq̄ qō
suū ē. d Si aūt oberrauerit/ille i tēptatione succūbēs: fi
dē/spem et charitatē derelinquēs. e Derelinq̄t eū dñs
protectiōe sua indignū. f Et tradet eū i man⁹ inimici
sui. i. ptātē diaboli. g Fili pserua tps. Supza cōmen/
dauit auctor donū sapię: nūc oūdit effectū ipsi⁹. Quicunq̄
eni seruat mādata sapię: cautus est et puidus in temporum
mutatiōe: nec deserit viā iusticię i tpe tribulatiōis: iō exhor/
tat obseruare tps. Oia eni tps habēt: ⁊ certł spacijs sub sole
trāseūt vniuersa: Eccs.iij.a. Et q̄ bñ fiūt i vno tpe male fiēt
i alio: et iō necessaria ē obseruatio tpis. Dic g̃: g Fili pser/
ua tps: vt donū p̄ciosū vł poti⁹ cōmodū: qr sic nō perit ca/
pillus de capite: ita nec momētū ō tpe: de q̄ nō oporteat red
dere rōnē. Uñ Threñ. j. e. Uocauit aduersū me tps vt cōte/
reret electos meos. Uel/Cōserua tps. i. oportunitatē oia
j.20.c. factēdi. Ex ore em̄ fatui reprobabit parabola: qr nō dicit eā
in tpe suo. Uel/Cōserua tpus. i. caue de tpe male agendo
vel ociosus existendo. Unde Eph̄.v.d. Uidete fratres quō
caute ambulet: non q̄si insipiētes sed vt sapiētes: redimētes
tps: qm̄ dies mali sūt. h Et deuita a malo/opere vel a
malo hoie vel a diabolo. Uel sic: g Cōserua tps. i. psi/
dera q̄le sit tps: qr ē tps belli: ⁊ ē temp⁹ pacis ⁊c. Eccs.iij.b.
h Et deuita a malo. i. vt nihil extra suū tps facias: quia
male fieret. Uel sic. g Cōserua tps/ne sis ociosus aliqñ.
q.d. fac bonū/et declina a malo: quia in his duobus consi/
stit pfecta iusticia. i Pro aia tua. i. p tua vita tpali pser/
uanda: k Mō pfūdar⁊ dicere verū. i. nō dimittas dice
re veritatē. Uel sic: i Pro aia/saluāda: k Mō pfū/
dar⁊ dicere verū. i. pfiteri fidē. q.d. si vis saluare aiaz tuā/
nihil pfusiōe obstāte dubites pfiteri ꝓitatē. Corde eni credit
ad iusticiā: ore aūt fit pfessio ad salutē: Ro.x.b. Uel sic: i
Pro aia tua. i. p salute aię tuę: k Mō pfūdaris di/
cere verū. i. nō erubescas pfiteri fidei ꝓitatē: Mā q̄ me eru/
buerit ⁊ meos sermōes: hūc fili⁹ hois erubescet cū venerit in
maiestate sua ⁊ pris ⁊ sctōr angelor: Luc.ix.d. Deinde red/
dit causā q̄re nō debem⁹ erubescere pfiteri fidei ꝓitatē/distin
guēs dupliceē pfusionē siue erubescētiā. Una bonā q̄ adducit
gliaz: qñ. s. q̄s psiderās pctā sua q̄ fecit pfundit in seipso ⁊ cō
pungit: nec tñ ꝑt erubescētiā dimittit pfiteri. Et de hac dici
tur Hiere.vj.d. Cōfusiōe nō sūt pfusi/erubescere nescierūt:
q̄obrem cadēt inł corruētes in tpe visitatiōis. Alterā malā
Ps.108. qñ. s. erubescit cōfiteri veritatē siue fidei siue pctōr suor et
tacet: et ꝑ adducit peccatū ⁊ ignominiā. De hac dic Ps. Op
rianł sicut diploide pfusione sua. Dicit g̃: Mō pfūdar⁊ di/
cere verū ,p aia tua: l Est eni pfusio adducens
a et lętificābit illum: et dēnu/
dabit ⁊ abscondita sua illi: et
c thēsauriçabit super illum sci
entiam et intellectum iusti/
d cię. Si aūtē oberrauerit dē/
f relinquet eum: et trādet eum
s in man⁹ inimici sui. Fili cōn
b serua temp⁹: et dēuita a ma/
i lo. Prō anima tua nō cōn/
k fundaris dicere verum. Est
l enim cōfusio adducēs pec
m catum: ⁊ est confusio addu/
n cens gratiaz et gloriam. Nē
o accipias faciē āduersus fa/
p ciem tuā: nēc aduersus ani/
q mam tuā mēdaciū. Nē reue
rearis proximū tuū in casu
r suo: nec rētineas verbum in
s tpe salutł. Mōn abscōdas
sapiam tuam in decore ei⁹.

l enim cōfusio adducēs pec/
catum: ⁊ est confusio addu/
cens gratiaz et gloriam. Nē
accipias faciē āduersus fa/
ciem tuā: nēc aduersus ani/
mam tuā mēdaciū. Nē reue
rearis proximū tuū in casu
suo: nec rētineas verbum in
tpe salutł. Mōn abscōdas
sapiam tuam in decore ei⁹.

m Et ē pfusio adducēs gr̃az ⁊ gl̃az: qñ. s. pfundit in
seipso de pctis suis: tū ꝑt b nō dimittit pfiteri. Hoc adducit
gr̃az i p̄senti: ⁊ gl̃az in futuro. Ipsa eni erubescētia maxima
ps pnię ē: vt dic Aug⁹. Sz qñ mlti p⁹ pfessionē pctōr itex
redeūt ad pctā: subdit
n Ne accipias fa
ciē. i. diaboli suggesti
onē: q̄ dicit facies: qr
sepe sb specie boni fit.
Ipse eni transfigurat
se in angelum luc⁊. ij.
Corl.xj.c. o Ad
uersus faciē tuā. i.
aduers⁹ imaginē dei:
ad quā fact⁹ es. Et bñ
dicit/aduersus: qr
ad b oib⁹ modis nitit
diabol⁹ vt imaginem
dei in nob corrūpat ⁊
Prouer.v.b. Ne des
alienis honorē tuū. i. imaginē dei ad quā fact⁹ ē bō: qō ē ma
xim⁹ honor tu⁹. Uel pōt b distingui triplex pfessio veritat⁊
fidei: ad quā q̄libet tenet tpe psecutiōis. Itē pfessio ꝓitatis
pscię: ad quā tenem̄ tpe iudicij: hāc ipedit maxie acceptio pso
nar. Itē ꝫ acceptionē psonar dic: n Ne accipias faciē
potēt⁊ vel parēt⁊ vł munera dant⁊ i iudicio. o Aduersus
faciē tuā. i. q̄ eēt ꝫ aiaz tuā. Uł Aduersus faciē tuā. i. i
pfusionē tuā ⁊ pudorē tuū: qō maxie ppendit i facie. Deut.
x.d. Nō accipias psonā nec munera. p Nec aduersus
aiaz tuā mēdaciū. i. falsū testimoniū: vł falsā expositionē
hereticor: vel falsā adulationē/vł falsā detractionē ō primo
tuo: q̄ oia sūt aduersus eū qui accipit. q Ne reuerearis
primū tuū in casu suo. i. cū ceciderit ,prim⁹ tu⁹ in culpā
aliquā: ne reuerear⁊ ꝫ ipsū dare sniam: eo q̄ ,prim⁹ ē/vel ip/
sū arguere vel increpare. Uel sic: Ne reuerearis primū
tuū in casu suo. i. in pauptate sua: q̄n verā sniam si re⁹ ē ꝫ
ipsū feras. Jn q̄ sepe peccāt iudices: sb q̄dā falsa specie pietat⁊
deferētes paupib⁹/puertūt iudiciū: qō ē ꝫ legē: Deut.xxiij.c.
Nō puertes iudiciū ⁊c. Itē Exo.xxiij.a. Paupis nō misere/
ber⁊ i iudicio. Itē in eodē. Nō declinab i iudiciū paupis. Uł
sic. Ne reuerear⁊ ,primū tuū in casu suo. i. in pctō suo
nō exhibeas ei reuerētiā pscientiēdo vł tacēdo: nō corripiēdo.
q.d. si peccauerit ,prim⁹ tu⁹/corripe eū. Uñ Mat.xviij.b. Si
peccauerit i te frat tu⁹ corripe eū ⁊c. Ubi Glo. Jta peccat q̄
videt fratrē suū peccare ⁊ tacet: sic ē q̄ pnitēti nō idulget. Et
inuit triplex causa: q̄re corrigēdus ē ,prim⁹ cū peccat. Pri/
ma ē: qr frater ē: qō tāgit p ,primū. Uñ Gal.vj.a. Frēs si p̃/
occupat⁹ ⁊c. Scōa causa ē: qr si corrigit tuū lucrū est: qō in/
mit in b qō dicit/tuū. Et de b ōr Matth̄.xviij.b. Si te au/
dierit lucrat⁹ es fratrē tuū. Tertia causa ē: qr releuare fratrē
a casu est op⁹ miscōię ad qō quilibet tenet. Uñ Exo.xxiij.a.
Qui diligit filiū suū ꝛc. Hoc capitulū diuidit in quinq; partes. Primo agit de correctiõe filioꝝ. Secũdo de sanitate tã corpali q̃ spũali/cunctis diuitijs p̃ferenda: ibi: Melior est pauꝑ sanus. Tertio de pnicio/sa taciturnitate sapiẽtis: ibi: Bona abscõdita ꝛc. Quarto de tristicia fugiẽda ꝛ iocũditate tenenda: ibi: Tristiciam nõ des aiẽ tuę. Quinto de cõtentiõe ꝛ inuidia fugienda: et hilaritate ac liberalitate p̃dicatoꝝ sectãda: ibi: Zelus ꝛ iracũdia. Dicit ergo: a Qui diligit filiũ suũ/tã carnalem q̃ spũalem vera dilectiõe: b Assiduat illi flagella: a puericia et q̃diu iuuenis est: c Ut lętetur in nouissimo suo/tã pater q̃ filius: qñ. s. iã nõ erit filius subvirga patris. d Et nõ palpet pximorũ ostia: sicut scurra vel fornicator: vel sic fur. Exemplũ de filio illo qui comedit nasum patris sui/cum ducebat ad patibulũ: quia nõ correxerat eum. ℈. xxj. d. Pes fatui facilis in domũ pximi sui. De hoc dr Prouerb. iij. b. Quẽ diligit deus corripit. Idem/Heb. xij. b. Et Prouer. xiij. d. Qui parcit virgę odit filium suũ: qui aũt diligit/instanter erudit illũ. Item Prouerb. xxij. c. Stultitia colligata est in corde pueri: ꝛ virga disciplinę fugabit illã. Item Prouerb. xxiij. b. Noli subtrahere a puero disciplinã: si enim pcusseris eum virga non morietur. Tu virga percutis eum: et aiam ei⁹ de inferno liberabis. Item Prouer. xxix. c. Virga atq; correctio tribuit sapientiã: puer aũt q̃ dimittit voluntati suę confundit matrẽ suam. ℈. vij. c. Filij tibi sunt eruditi illos: ꝛ curua illos a puericia eorum. e Qui docet filium suũ/siue carnalem siue spiritualẽ/sanam ꝛ vtilem ac honestam scientiã: f Laudabit in illo. Prouerb. x. a. Filius sapiens lętificat patrem suum. g Et in medio domesticorũ in illo gloriabit: ad litteram. Prouerb. x. a. Gloria patris filius sapiens. Vel/ g In medio domesticorũ. i. angelorũ ꝛ sanctorũ qui sunt domestici dei: h In illo gloriabit/in futuro. Prouerb. xvij. a. Corona senũ filij filioꝝ: ꝛ gloria filioꝝ patres eorũ. j. Thessal. ij. d. Vos enim estis gloria nostra ꝛ gaudium. i Qui docet filium suũ/siue carnalem siue spiritualẽ: k In ęlũ/inuidię/mittit inimicũ/occasionaliter: quia se ꝛ filiũ suũ facit inuidiosũ/vnde inuidus efficit inimicus. l Et in medio amicorũ gloriabit in illo: id est de illo filio bene docto. m Mortuus est pater ei⁹: id est filij sapiẽtis: n Et quasi non est mortuus: quia vixit in filio doctrina eius ꝛ cõuersatio. o Similẽ enim reliquit sibi post se: qui eũ factis ꝛ dictis repręsẽtat. Prouerb. xiij. d. Bonus reliquit hęredes filios suos ꝛ nepotes. p In vita sua vidit/pater filiũ suũ bene doctũ: q Et lętatus est in illo. i. de illo: r In obitu suo nõ ẽ contristat⁹/de malo successore. s Nec cõfusus est corã inimicis/corpalib⁹ siue spũalib⁹. Gen. xlvj. d. Dixit pater ad Ioseph: Jã lętus moriar: qz vidi faciẽ tuã ꝛ supstitẽ te relinquo. Prouer. xxiij. c. Exultat gaudio pat iusti: q̃ sapiẽtẽ genuit/lętabit in eo. t Reliqt enim defensorẽ dom⁹. i. familię/cõsciẽtię/ecclię. v Cõtra inimicos/dęmones/hęreticos ꝛ tyrãnos. x Et amicis/deo ꝛ angelis/sctis/oib⁹ christianis. y Reddẽtẽ gratiã/p accepto bñficio doctrinę/boni exẽpli/laudis. Ecñ. iij. Regl. ij. b. dixit dauid salomoni: Sz ꝛ filijs berzellai galaaditę reddes gratiã. z Pro aiab⁹ filioꝝ/saluãdis: a Colligabit vulnera sua/ pat vel filius bonus. q. d. exponet se morti p salute filioꝝ. Colligabit dic. i. sil'ligabit: vt notenꝫ passio ꝛ cõpassio sil'inesse i illo. ij. Corl. xj. g. Quis infirmatur ꝛ ego nõ infirmor? Jrẽ. ij. Cor'. xij. e. Ego libẽtissime ipendã: ꝛ supimpẽdar egoipse p animabus vris. b Et supra nẽ vocẽ/familię dolentis vel plangentis vel lugentis. c Turbabuntur viscera eius/cõpassione pietatis. ij. Corl. vij. d. Viscera ei⁹ abũdanti⁹ in vob sũt. d Equ⁹ indomit⁹ euadet. i. ex via vadet: e Durus. i. dure portãs vl irrefrenabilis p̃ duricią oris: vel dur⁹ ad calcaria. f Et filius remissus. i. indisciplinatus vel sue volũtati dimissus: g Euadet ꝓceps/extra viã iusticię: hoc est: sicut equ⁹ indomit⁹ ꝛ dur⁹ in ꝓcipitiũ vadit: et se et sessorẽ interficit: sic filius indisciplinat⁹ in peccatũ init/ꝛ se ꝛ aiaz suã duplici morte occidit. Cõpat autẽ equo indomito filius stultus/ꝓpter lasciuiã/ꝓpter superbiã/ꝓpter feruorẽ/ꝓpter duritiã. Hiere. v. c. Equi amatores in fęmias ꝛ emissarij facti sũt. h Lacta filiũ tuũ. i. si lactaueris tredicẽdo/mollit nutriẽdo. i Et pauentẽ te faciet. i. aio trepidantẽ. Ille enim pauid⁹ ẽ: vt dicit Jsi⁹. quẽ fugat trepidatio mẽtis: q̃ videt filiũ errare ꝛ vellet tangere nõ audet ꝓpt nimij amor/ remissionẽ. Jõ dic̃ salomõ Prouer. xxiij. d. Ne lactes quẽq; labijs tuis. Jrẽ. xvj. d. Vit iniqu⁹ lactat amicũ suũ: ꝛ ducit eũ p viã nõ bonã. k Lude cũ eo ꝛ cõtristabit te. Prouer. xix. b. Dolor pris filij⁹ stult⁹. Ecñ. ℈. vij. c. dictũ ẽ: Filię tibi sũt serua corp⁹ illaꝝ: ꝛ nõ ostẽdas facie tuã hilarẽ ad illas. Hiere. xv. d. Nõ sedi i cõcilio ludẽtiũ: ꝛ gloriatus sũ a facie man⁹ tuę. Poeta Mimia familiaritas parit cõtẽptũ. Jdeo dic̃ Job. xxix. b. Videbãt me iuuenes ꝛ abscondebant. l Nõ corrideas illi. i. cũ illo ridẽte ñ rideas. m Ne cõdoleas. i. cũ illo dolẽte nõ doleas. n Et in nouissimo. i. i puericiozi ętate illi⁹: o Obstupescẽt dẽtes tui/ si b fecerl. i. dolebis: ꝛ iutilis erit correctio vel increpatio tua. Dẽtes enim stupidi inutiles sũt ad masticãdũ: ꝛ dolorẽ habẽt. Hiere. xxxj. c. et Ezech. xviij. a. ponit hęc auctas in parte: Patres comedebãt vuã aceruã: ꝛ dẽtes filiozũ obstupescũt. Vel sic lege: l Nõ corrideas illi. i. nõ arrideas illi. Ecñ. ℈ xxj. c. Sapiens vir tacite ridebit. Job. xxix. d. Si qñ ridebã ad eos/ñ credebãt. Et q̃re? m Ne cõdoleas/postea cũ viderl eũ ꝓpt risũ ꝛ molliciẽ tuã dissolutũ ꝛ stultũ. n Et in nouissimo. i. i die iudicij: o Obstupescẽt dentes tui: vt nec te valeas excusare. j. Regl. iij. c. Heli: qz nõ corripuit filios suos pdẽnat⁹ est. p Nõ des illi potestatẽ/tui vl turozũ: vl sui vel suozũ. q In iuuẽtute sua/ne aburat illa: sic ille q̃ dixit pri suo: Lucl. xv. c. Pat/ da mihi prẽ substãtię q̃ me cõtigit ꝛc. r Et ne despicias cogitat⁹ illi⁹. i. nõ negligas illũ corrigere ꝛ verberare/ etiã p malis cogitatiõibus cũ tibi innotuerint. Prouer. xxij. c. Stultitia colligata ẽ i corde pueri: ꝛ ꝛga disciplinę fugabit illã. s Curua cerui/cem. i. disciplinãdo hũilia eũ ne supbiat: t In iuuentute: qz dum arbor vl planta tenera ẽ põt curuari q̃cũq; volueris: cũ aũt induruerit potius frangit q̃ curuet. Ecñ. ℈. vij. c. Filij tibi sunt eruditi illos: et incurua illos a puericia illorũ. t Et tunde latera eius dum infans est/ nõ caput ne stultus fiat: sed latera vt castus fiat. j. xlij. a. Seruo pessimo latus sanguinare: super mulierẽ nequam bonum est signum.

Ne forte induret

a Ne forte induret. i. crescat & durus fiat: b Et nō credat tibi/ volēti corrigere. c Et erit tibi dolor animę. i. magnus dolor ptingens vsq; ad interiora aię. d Doce filiū tuū/ verbis & exemplis. e Et opare in illo/ flagellis & monitiōibus: sicut cultor in vinea vl' in agro. f Ne in turpitudinē illi⁹ offendas. i. ne in turpi vita illius scandalū patiaris. ē. xxij. a. Cō fusio pris ē de filio indisciplinato. Ecclī. vij. b. Filius cōtumeliā facit pri. g Melior est pauper sanus. Hęc est secūda ps capituli in q̄ ostendit q̄ sanitas cunctis diuitijs p̄ferenda est/ & etiā eligenda. Unde dicit: g Melior est/ licz non dicak: h Paup/ tcēsu vel spiritu. i Sanus/ mēte & corpore. k Et fortis/ ad agendum & patiendū. l Uiribus/ mētis & corporis. m Et diues/ censu vel spiritu: n Imbecillis/ ad agendū & patiendū. o Et flagellatus malicia. i. mali sciētia qua nullū flagellū grauius est. Prouer. x. d. Fortitudo simplicis via dñi: & pauor his qui opank malū. Prouer. xij. b. Melior est paup sufficiēs sibi q̄ gloriosus & indigens pane. Item Prouer. xix. a. Melior ē paup q̄ ambulat i simplicitate sua q̄ diues torquēs labia sua. Item Prouer. xxviij. a. Melior est paup ambulās i simplicitate sua q̄ diues prauis itinerib⁹. p Sal⁹ aię in sanctitate iusticię. i. i firmitate gr̄ę iustificātį animā. Prouer. xiij. d. Uita carnū sanitas cordis. q Et melior oi auro & argēto: ad litterā: q̄ sanitas iusticię liberabit aiaz a morte ęterna: aurū ꝙ & argentū nihil pderūt in die iudicij/ imo plus nocebūt. Prouer. xj. a. Non pderūt diuitię in die vltionis: iusticia autē liberabit a morte. Unde dicēt diuites i die iudicij vl' i inferno: Quid pfuit superbia/ aut diuitiarū iactātia q̄d cōtulit nobis? Sap. v. b. Vl' melior/ est/ oi auro/ sapię: & argēto/ eloquētię. Prouer. iij. b. Melior ē acquisitio ei⁹ negociatiōe auri & argēti. r Et corp⁹ validū/ ad labores honestos melius est: s Q̄ census imensus. i. quātūuis magnus. Ecce ordo. Primo anima: secūdo corpus: tertio census. Sed multi hunc ordinem pertuertūt: q̄ censum corpori p̄ponūt & corpus aię. t Nō est census sup̄ censum salutis corpis. i. nullus census q̄ualet salute corporis: multo fortius nec salute animę quę est iusticia: & tamē auari plus censum q̄ iusticiam vel animā diligunt. ē. x. b. Nihil iniqui⁹ q̄ amare pecuniam: hic em̄ & animā suam vēnalē habet: quoniā in vita sua p̄iecit intima sua. v Et nō est oblectamentū sup̄ cordis gaudiū/ fortiter laborātis in p̄ceptis dei. Nam etsi corpus attenuak labore/ anima reficik & impinguak charitatis ac iocūditatis pinguedine. Prouerb. xj. d. Anima quę benedicit impinguabik. Multo fortiꝰ quę bene facit. Et q̄ inebriat ipse quoq; inebriabik. Hiere. xxxj. c. Conuertā luctū eorū in gaudiū & consolabor eos: & lętificabo a dolore suo: & inebriabo animā sacerdotū pinguedine. ij. Corinth. iiij. d. Licet is qui deforis est noster homo corrumpak: tamen is qui intus est renouak de die in diem. Hoc gaudiū pars est beatitudinis: & inchoak hic sed in futuro cōsūmak. Esa. lxvj. d. Gaudete cū hierlm gaudio vniuersi qui lugebatis sup eā. x Melior est mors/ naturalis/ y Q̄ vita amara. i. plena miserię & laboris: q̄ inhil aliud ē talis vita q̄ mors diuturna. Eccls. iiij. a. Laudaui magis mortuos q̄ viuentes: et feliciorem vtroq; iudicaui qui nōdum natus est. Uel sic: x Melior est mors/ naturę vel gratię: qua quis morik mūdo vl' peccato: y Q̄ vita amara: id est peccatis plena: quę amaricare cor faciunt: et ad amaritudinē ętern̄ tendunt. Ps. Preciosa in cōspectu

a ne forte induret & nō crēdat b tibi: et erit tibi dolor animę. c Doce filium tuū et opare in d illo/ ne in turpitudinē illius e offendas. Melior est pauper f sanus & fortis viribus: q̄ di g uites imbecillis & flagellatus h malicia. Salus animę i sanctitate iusticię: et melior omi k auro & argento: & corpus va l lidū q̄ census imensus. Nō m est census sup̄ census salutis corpis. n Et nō est oblectamentū sup̄ cordis gaudiū. o Melior ē mors q̄ vita amara: & requies ętern̄ q̄ languor p pseuerās. Bona abscondita in ore clauso q̄si appositiones epularum circūpositę sepulchro. Quid proderit libatio idolo: Hęc enim mānducabit nec odorabitur: Sic q̄ effu-

est cēnsus sup̄ censum salutis corporis: & nō ē oblectamentū sup̄ cordis gaudiū. Melior ē mors q̄ vita amara: & requies ętern̄ q̄ languor pseuerās. Bona abscōdita in ore clauso q̄si appositiones epularum circūpositę sepulchro. Quid proderit libatio idolo: Hęc enim mānducabit nec odorabitur: Sic q̄ effu-

Ut. tobi. 5.20.d. 7.41.c.

Ut. mensu

nem in mente. b Bona abscondita in ore clauso: id est in homine habente os clausum. c Quasi appositiones epularum circūpositę sepulchro: id est sicut epulę appositę mortuis in sepulchris inutiles sunt: ita scientia et sapientia abscondite inutiles sunt. Et tangit morem antiquorum/ qui olim sepulchris epulas apponebant/ credentes q̄ mortui inde comederent et melius haberent: Quod erat error: sicut de bel: de quo dic̄ Daniel. xiij. a. Nonne magn⁹ deus bel qui tanta comedit: Et ita innuit auctor q̄ sicut illi peccant qui sepulchris epulas apponunt: ita peccant qui scientiam clausam tenent. Unde Prouer. xj. d. Qui abscondit frumenta in tempore famis/ maledicetur in populis. Sed videtur q̄ apponere epulas in sepulchris non sit malū: Tob. iij. c. Panem tuū & vinum tuū super sepulturā iusti constitue. Sed dicimus q̄ tobias non credidit q̄ animę mortuorum inde comederent: sed hoc iussit vt inde comederēt pauperes & ozarent p animab⁹ ibi sepultorū. De hoc. ē. xx. d. Sapientia abscōdita & thesaur⁹ inuisus: quę vtilitas in vtrisq;?

d Quid proderit libatio idolo? q. d. nihil. g Hęc enim manducabit nec odorabik: q̄ etsi os habeat et nares/ nō tamē comedit aut odorat. Mystice: d Quid proderit/ libanti: id est homini idolatrę: e Libatio: id est immolatio siue oblatio facta: idolo? Nihil/ immo nocebit. Est autē triplex idolum mysticū: cui fere totus mundus immolat. Baal/ beelphegor/ & chamos. Baal interpretak superior: hoc adorāt omnes superbi. Beelphegor interpretak vetustas deuorans: aut os pellis: ipse est priapus siue simulacrum ignominię: hoc adorant/ huic immolant omnes luxuriosi. Chamos interpretak congregans: hoc adorant et huic immolant omnes auari. Omne autē q̄d est in mūdo/ aut est cōcupiscentia carnis/ aut cōcupiscentia oculorū/ aut superbia vitę. j. Joh. ij. c. Et ita totus mūdus idolatra est. Hiere. xj. c. Scōm numerū ciuitatū tuarum erant dij tui iuda. Moraliter: d Quid pderit libatio: id est dominici corporis consecratio. f Idolo: id est p̄lato malo: qui speciē prelati habet & non veritatē: De quo Zach. xj. d. O pastor et idolū derelinquēs gregem. Hiere. xj. c. Quid est q̄ dilect⁹ me⁹?: id est p̄latus in domo facit scelera multa? Nūquid carnes sanctę auferent a te malitias tuas? Non tunc ei proderit libatio/ imo nocebit: q̄ quicūq; corpus dñi indigne accipit/ iudiciū sibi manducat et bibit. j. Corinth. xj. f. Plus dicitur hic: quia/ g Nec manducabit/ quidem vtiliter illud: sed perniciose. h Nec odorabitur. i. odorem suauitatis nō sentiet. Sequitur: i Sic qui effugak a dño. i. elongak a domino in p̄senti: & in die iudicij fugabik in infernum.

Mystice

Mystice

Triplex i

Moraliter

Mystice malo plat

Et portans mercedes

Mystice/ exponik de malo p̄lato: i Sic qui effugak a domino. i. cōtemnik & reprobak malus p̄latus: quē circūlo-

quik sic. Et portans

a Et portãs mercedes iniquitatis: videns oculis et ingemiscens .i. idolatra qui mercedem iniquitatis portat: id est pœnam p iniquitate: videns oculis/ q̃ lapis vel lignum est qđ adorat: et ingemiscit: id est int⁹ gemit: quia cõscientia mordet eum: d Sicut spado complectẽs virginem et suspirans: qz nõ potest facere voluntatẽ vel voluptatẽ suã: hoc est: sicut cõplexus virginis inutilis est/ imo nociuus spadoni: sic adoratio idoli iutilis z nociua ẽ idolatris. Alij legũt hoc de illo q̃ abscondit scientiã suam quã posset vtiliter publicare: De quo dictũ est. s. Bona abscondita in ore clauso ꝛc. Et est sensus: a Sic q̃ effugat a dño/ seruus piger q̃ abscondit pecuniã dñi sui. a Et portans mercedes iniquitatis. i. talentum sibi iniquo z nolenti multiplicare debitũ vel creditũ. b Videns oculis z ingemiscẽs. i. intelligens quid esset faciendũ: et inde ex accidia ingemiscẽs. d Sicut spado cõplectens virginem/ inutiliter: f Et suspirans: qz generare non potest: hoc est: sicut spado inutilit cõplectit virginẽ: sic ser⁹ piger inutiliter habet scientiã.

a gãt a dño: z portans mercedes
b des iniq̃tatis: Videns ocu/
c d lis et ingemiscẽs: sicut spa/
f g do cõplectẽs virginẽ z su/
B g spirãs. Tristiciã nõn des aie
i tue: z nõn affligas temetipsũ
k in cõsilio tuo. Jocũditas cor/
l dis hec est vita homis z the/
m saurus sine defectiõe sancti/
n o tatis: z exultatio viri est lon/
p geuitas. Miserere aie tue
q r placens deo z cõtine z cõ/
s t grega cor tuum in sanctitate
v r eius: et tristiciã longe expel/

r Et cõtine/ cõtra luxuriã: s Et cõgrega/ cõtra auariciam: t Cor tuũ/ non solũ corpus: v In sanctitate eius: id est dei vel cordis: contra hypocrisim: quę tñ exterius sanctitatẽ habet. x Et tristiciã/ sęculi: longe expelle a te/ mundũ/ z quę mũdi sũt cõtemnẽdo. y Multos eñ occidit tristicia: non solũ spiritualiter sed et corporaliter. ĩ. xxxviij. b. A tristicia festinat mors: z cooperit virtutẽ. z Et nõ est vtilitas in illa/ Liptote. Minus dicit z plus significat Rab. Non põt esse vtilitas vbi bonorũ operũ est sterilitas.

y le a te: Multos eñ occidit
z tristicia: et nõn est vtilitas in
a illa. Zelus z iracũdia minu/
b ent dies: et antẽ temp⁹ sene/
c ctã addũcet cogitat⁹. Splẽ/
f g didũm cor bõnum in epulis
b est: epule eñ illius diligen/
i ter fiunt. Ca. XXXI.
k V Igiliã honestatis ta/
l m bẽfaciet carnes: et cõ/
n gitatus illius auferet
o somnum. Cogitãtus prescientie auertit sensũ: z infirmitãs grauis sobriã facit aiaz.

a Zelus/ inuidię: b Et iracũdia/ immoderata: c Minuent dies/ vitę p/sentis: ad litterã. Vel dies/ vitę eternę/ quã auferũt. Prouer. xvij. d. Spirit⁹ tristis exicat ossa. d Et ante tẽpus/ determinatũ a natura: e Senectã adducet cogitat⁹/ maxime de temporalib⁹. Boetius. Fundunt vertice cani. f Splendidum cor: id est lętum z iocundũ. g Bonũ in epulis est/ quas dat vel accipit. q. d. cum quis dat vel accipit cibum bilariter/ bonum facit conuiuiũ. b Epulę enim illius/ quas dat pauperibus: i Diligenter fiunt: id est studioso affectu. Hieremię. xlviij. b. Maledict⁹ qui opus dei facit negligẽter.

Ps. 96. Iuxta illud: Lux orta est iusto ꝛc. Hęc est vita homi/nis. i. signũ vitę spiritualis. Prouer. xv. b. Cor gaudẽs exhilarat faciem z in mœrore animi deiicit spiritus. Et parum post. Secura mens quasi iuge conuiuiũ. m Et thesaurus sine defectione sanctitatis. i. firmitatis et puritatis. n Et exultatio: id est extra saltatio bonę operatiõis. o Viri est longęuitas/ per causam. i. futurę vitę/ z etiam plentis. Prouerb. xvij. d. Animus gaudens ętatem floridã facit. p Miserere anime tue/ nõ alienę: sicut multi faciũt: qui bonum qđ alijs exhibẽt sibi magis indigẽtibus denegant. Prouerb. xj. c. Benefacit animę suę vir misericors: qui autẽ crudelis est etiã ꝓpinquos abijcit. Et quid mirũ cũ seipsum abijciat: Unde. s. xiij. a. Qui sibi nequam est cui bonus: Vel dicit: Miserere anime tue: non carni tuę: cui multi sb̃ specie pietatis aut discretiõis miserent. q Placẽs deo: id est vt placeas deo iuste et cõtinenter viuendo.

V Igilia honestatis ꝛc. Expo. Ca. XXXI. Hoc capitulũ diuidit in tres partes. In prima agit de sobrietate animę: quam tria operantur: honesta vigilia: infirmitas corporis: labor sanctus. In secunda agit de malo z bono diuite: ibi: Qui aurum diligit ꝛc. In tertia de sobietate cibi z potus: ibi: Supra mẽsam magnã ꝛc. Dicit ergo: k Vigilia honestatis/ circa rem honestam: l Tabefaciet carnes: id est cõsumet carnales voluptates z carnalia desideria. Job. xix. c. Pelli meę consumptis carnibus adhęsit os meũ. Est aũt vigilia studentiũ. Marci. xiij. d. Vigilate videte et orate. Vigilate in cella: videte in libris: orate in ecclesia. Item est vigilia laborantium. ĩ. xxxviij. c. Omnis faber et architectus qui noctẽ tanq̃ diẽ transigit: cor suũ dabit in similitudinẽ picturę: et vigilia sua pficit opus suũ. Item vigilia contemplantiũ. j. Pet. iij. b. Estote prudentes sobrij z vigilate in orationibus. Hac triplici vigilia vigilabant pastores: de quibus dicit Luc. ij. b. Erant pastores in regione eadem vigilantes z custodientes vigilias noctis super gregẽ suũ: et ecce angelus domini stetit iuxta illos: z claritas dei circũfulsit illos. m Et cogitatus illi⁹. i. de illa vigilia. s. honestatis. n Auferet somnũ/ pigritię vel negligentię: z etiã culpę. o Cogitatus ꝓscientię: id est ꝓdestinatiõis z reprobatiõis: p Auertit sensum: id est cogitationẽ z appetitum ab omni cõpiscentia mala: hoc ẽ: qui cogitat prœmia bonorũ/ et supplicia malorũ/ nesciens an sit ꝓdestinatus vl̃ reprobat⁹ abstinet a peccatis. Vel sic: o Cogitatus prescientię/ dei: id est q̃ deus scit z videt omnia/ etiã anteq̃ fiant: p Auertit sensum/ a malo. Boetius: Magna nobis indicta est necessitas bene agendi: quia omnia agimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Prouerb. xv. a. Oculi domini in omni loco contemplantur bonos et malos. q Et infirmitas grauis/ corporis: r Sobriam facit animã. i. quę prius fuit ebria vino babylonis reducit ad sobrietatem. ij. Corinth. xij. c. Virtus in infirmitate perficit. Ps. Multiplicatę sunt infirmitates eorum postea acceleruerunt. s. xj. d. Malicia vni⁹ horę oblivionẽ facit luxurię maxime. Eccs. x. a. Luratio cessare faciet

cessare faciet peccata maxima. a Laborauit diues/vir/
tutibus/cui satis est qđ habet: b In cōgregatiōe sub/
stantię/substantialis.i. bonorū operū: vel pmiū eterni: Iux
Ps.38. illud Ps̄. Et substantia mea apud te est. c Et in requie
sua.i.quā bene viuēdo compauit: d Replebit bonis
suis.i. pmio bonorū
operū: qđ nunc semi/
plene habeb̄ p spem:
sed tūc plene habebit
p speciē:quia cum ve/
nerit qđ perfectū est:
euacuabit qđ exptē:
j. Corinth.xiij. e
B.8.a. Laborauit paup/
sciētia vel virtute. f
In diminutiōe vi
ctus/,pter diminuti/
onē victus: vel in con
sumptiōe sui vict⁹: vt
fili⁹ prodig⁹ q̄ substā/
tiā suā viuendo luxu/
riose cōsūpsit: t post/
ea laborauit fame/cu/
stodiendo porcos ali/
enos: Luc̄. xv.c. g
Et in fine inops
fit.i.sine ope: vel sine opibus spūalib⁹: q; post hāc vitā/nec
habebit opes virtutū/nec opem sanctor. b Qui aurū/
materiale.i.diuitias tēporales: i Diligit/auare: k Nō
iustificabit.i. inter iustos nō cōputabit: vel nō fiet de iniu/
sto iustus. Vix em̄ inuenit qui male acquisita velit restituere.
Eccs. v.b. Qui amat diuitias/fructū nō capiet ex eis. l Et
q̄ insequit cōsumptionē.i. luxuriā t ebrietatē: vel hmōi
peccata q̄ corp⁹ t substantiā cōsumunt: m Replebit ex
Ps.102 ea:id est pena debita ei. Ps̄. De fructu operū suor satiabit
terra.i.alia terrena. n Multi dati sunt in auri casus
.i.multi ceciderūt in peccatū vel i infernū,pter aurū. o Et
facta est in specie ipsi⁹:id est in imagine de ipo fabricato:
p Perditio illorū/ tā tēporalis q̄ eterna.ē. viij.a. Mul/
tos pdidit aurū t argentū. Crasso dixerūt parthi: Aurū siti/
1.q.1.c.q̄ dđā §.Crassus sti: aurū bibe.j. Machab.vj. legitur de antiocho q̄ pambu/
labat supiores ptes syrię vt pecuniā cōgregaret: t male mor
tuus est. Et heliodor⁹ egregie verberat⁹ vsq̄ ad mortē:q; tē
pli grariū spoliabat.q̄. Machab.iij.c. Et.j.Timoth.vj.b.
Qui volūt diuites fieri incidūt in temptationē t in laqueum
diaboli. q Liguū offensionis.i.idolū in quo offendūt
idolatrę: r Est aurū sacrificantiū.i.auarorū:qui aias
suas sacrificāt diabolo. Dicit autē aurū auarorū idolū: quia
auari illud q̄si deū colūt t amant. Unde Eph̄. v.b. Auaricia
qđ ē idolor seruitus. Vel/aurū sacrificantiū.i.diuitię sa/
cerdotū:sūt lignū offensiōis:q; i eo multi offendūt: sicut
adā t eua i ligno vetito offenderūt. Osee.iij.c. Popul⁹ me⁹
in ligno suo interrogauit.q.d. de auro q̄siuit/ nō de animarū
salute. s Ue illis qui sectant illud/mēte t corpe dis/
currendo post illud. Abacuk.ij.c. Ue qui cōgregat auaricia
malā domui suę. t Et ois imprudēs/ q̄ nescit discerne/
re int veras t falsas diuitias. Vl̄/imprudēs.i. improuidēs
sibi in futurū: v Deperiet i illo.i.in amore illi⁹. x Be/
atus/ē/diues/virtutib⁹/et bonis operib⁹/vel etiā substātia
rerū: y Qui inuētus est/in morte vel in vita: z Sine
macula/mortalis peccati: vt Iob/abrahā. Sed nūc pauci vel
nulli tales.i. diuites sine macula. ē. xj.b. Si fueris diues non
eris imunis a peccato. Matth̄. xix.c. Facili⁹ est camelū per
foramē acus trāsire/q̄ diuitē intrare in regnū cęlor. Diffici/
le ē hīe diuitias t nō amare t virtuosum. Et ideo dic̄: Bea/
tus/est/diues q̄ inuēt⁹ est sine macula/mortalis pecca
ti. a Et q̄ post aurū nō abiit/mēte vel corpe: vt auari
qui vbiq̄ terrax/imo t sub terra sequunt aurū. Matth̄. vj.c.
Ubi ē thesaur⁹ tuus:ibi t cor tuū. ē. xj.b. Si secut⁹ fueris di/
uitias nō apprehēdes:t nō effugies si p̄cucurreris. b Nec

a Laborauit diues in congrē/
b c gatiōe subsātię: et in rēquie
d sua replēbit bonis suis. La/
e f borauit pauper in diminū/
g tione victus:t in fine inops
h fit. Qui aurū diligit non iu/
i stificabit:t qui insequit con/
m sumptionē replebitur ex ea.
n Multi dati sūnt i auri casus:
o p t facta ē in specie ipsi⁹ pditiō
q illorū. Lignū offensionis est
r s aurū sacrificātiū: vę illis qui
t sectant illud:t ois iprudens
v x depēriet i illo. Beat⁹ diues
y z qui inuentus est sine macu/

sperauit in pecunia/seculari vel temporali. c Et the/
sauris/pecunię/vel sciētię/vel possessionū/vel libror. Pro/
uerb. xj.d. Qui confidit in diuitijs suis corruet. Esa. xxx.b.
Portantes sup humeros iumētorū diuitias suas:sup gibbū
camelorū thesauros suos ad populū qui pdesse non poterit.
Job. xxxj.c. Si puta/
ui aurum robur meū:
et obrizo dixi/fiducia
mea: d Quis est
hic et laudabim⁹
eum.i. dignum laude
nunciabim⁹. e Fe/ At.t Qu
cit enim mirabilia
in vita sua: q; mū/
di pompā vicit: mali/
gni astutiā cauit: appe
titus ,prij cōcupiscen
tiā supauit. Uñ Rab.
Uere martyrij genus
ē volūtaria pauptas.
Quid em̄ mirabili⁹:
aut qđ martyrū gra/ At.t Gre
ui⁹ q̄ inter epulas eū
rire:inter vestes alge/
re: pauptate pmi: iter
diuitias quas ostēdit
mūdus:quas offert malignus: quas desiderat noster appeti/
tus. Dirabile est ignē tangi t non uri:spinas colligere t non
pungi:lapides supportare t nō lędi: Et diuitię ignis sūt t spi/
nę t lapides. f Qui/vel/ quis ,pbatus est in illo/au/
ro vel deo:et pfectus inuētus est: Caritatē notat hic q̄: Ps.14.
sicut ibi: Quis est homo qui vult vitā: diligit dies videre bo/
nos. Probat autē quis in auro:quādo ad tactū eius nō ma/
culat:nec ad visum sollicitat ad appetēdum: Sic ille ,pbatus
ē t pfectus:qui nec habendū cōcupiscit:nec habitū male re/
tinet/aut dispēsat. Rarus ē talis. Luc̄. xij.e. Quis putas est
fidelis dispensator t prudens. j. Corinth. iiij.a. Jam quęrit
inter dispensatores vt fidelis quis inueniat. g Et erit illi
gloria eterna:q; cōtempsit hic gloriā mundi. b Qui
potuit trāsgredi/p̄ceptū dei p liberū arbitriū sibi datū.
i Et nō est trāsgressus/nō timore sed amore. k Et
facere mala/impune quo ad mundū: l Et non fecit:
sicut dauid qui potuit ꝑcutere pſecutorē suū saul t noluit. j.
Regl. xxiiij.b. m Nō stabilita sūt.i.cōfirmata: n Bo
na illi⁹.i.opa t virtutes. o In dño/q̄si in fundamēto fir/
mo. Eph̄. ij.d. In quo ois ędificatio cōstructa crescit in tem/
plū sanctū i dño. p Et elemosynas illi⁹/corporales t spūa
les: q Enarrabit ois ecclesia sanctor: sicut mō nar/
rat de beato Martino/q̄ diuisit palliū suū paupi. Et de be/
ato Nicolao/ q̄ puellarū stuprū cōpescuit auro suo. Hoc tñ
solet expōi a magris ō christo ꝑm regulā Ticonij: b Qui
potuit trāsgredi/in mēbris suis: i Et nō est trāsgres/
sus/in se capite. k Et facere mala/in mēbris suis: l Et
nō fecit/in se. Sed valde impropr⁹ modus loquēdi: Non
em̄ cōcedendū est: q̄ christ⁹ peccat i illo. Sequit: r Su/
pra mēsam magnā sedisti/ad epulandū. s Nō apias
sup illā faucē tuā por/ad loquēdū vl̄ ad māducādū. Dē
sa magna dr/ vbi magna fercula parata sūt: vl̄ vbi magni cō/
uiuę sūt: vel vbi magnus domin⁹ ē mensę: sicut mensa regis.
Est autē triplex mensa: de qua potest hoc exponi: mensa na/
turę: mensa scripturę: mensa eucharistię. Prima magna: se/
cūda maior: tertia maxima. Et tertia mensa est glorię: de qua
dicit Luc̄. xiiij. d. Beatus qui manducabit panem in regno
dei. De hoc dicit
Mystice: Mensa magna/sacra scriptura. Esa. xxj.b. Po/ Mystice
ne mensam /contemplare in specula. r Supra mensam
magnam sedisti/vt audias vel doceas: s Non ape/
rias super illam faucem tuam prior: id est anteq̄ di/
diceris ne doceas/ne ꝑus sit canalis q̄ concha. ē. xj.a. Pr⁹
q̄ audias ne respondeas verbum: t in medio seniorū ne adꝰ/
clas loqui.

vel. De hoc dicit Prouer.xxiij.a. Quãdo sederis vt comedas coram principe: diligẽter attente quę sunt posita ante faciem tuã: ꝛ statue cultrũ in gutture tuo. a Non dicas simulta sunt/ vna dictio. i. simulata siue ficta: b Quę super illã sunt. q. d. n on dicas simulatione largitatis apponi vel parari q̃ ponunt in mẽsa. Vel duę dictiões. a Nõ dicas si multa sũt/ fercula: b Quę super illã sũt: q̃ superflua sũt. Multi em̃ sũt q̃ quęlibet multa/ dicũt superflua: Sic discipuli: de quib⁹ dicit / Matth. xxvj.a. Cum esset Iesus in domo simonis leprosi accessit ad eũ mulier habens alabastrũ vnguẽti pretiosi: et effudit super caput ipsius recũbentis: Videntes autẽ discipuli indignati sunt dicẽtes: Ut quid pditio hęc: c Memẽto quoniã malus est oculꝰ nequã. i. oculus inuidi. ℣. xiij. b. Nequã est oculus inuidi: quia corpus totũ tenebrosum facit. Luc. xj. e. Si oculus tuꝰ nequã fuerit totũ corpꝰ tuũ tenebrosũ erit. Oculus interpretatur: corpꝰ cõgeries operũ. Oculus doctor vel pdicator: corpus plebs siue populꝰ. Prouer. xxx. c. Oculũ qui subsannat patrẽ: ꝛ despicit partũ matris sue/ suffodiant eum corui de torrente.

Mystice ✻ cias loqui. a Nõ dicas simulta sunt: id est ficta. b Quę sup illã sunt: sicut multi qui dicũt ea quę nõ placent eis: ad terrorem dicta/ nõ ad veritatẽ. c Memento quoniã malus est oculꝰ nequã/ hęretici: vel cuiuslibet male exponẽtis scripturã: ꝛ arcum sacre scripture ꝛ rigorem eneruant remittẽtis. d Nequiꝰ oculo/ nequã: e Quid creatũ ẽ: Nihil: cũ lingua mala/ valde nequã ẽ. Jaco. iij. b. Lingua nostra ignis est/ vniuersitas iniquitatis. f Ideo quia nequã est inuidus: g Ab omni facie sua. i. tota facie sua/ lachrymabit: b Cũ viderit/ bona aliox. Ñ Pbus. Utinã in omi ciuitate haberẽt inuidi oculos ꝛ aures: vt de bonis omniũ torquerent. Vel de hęretico ꝛ male exponente scripturã/ exponit. f Ideo/ qz male intelligit scripturam: g Ab omni facie: id est ab omni qualitate peccati. Vel ab omni facie. i. corã omib⁹: lachrymabit/ in die iudicij: b Cũ viderit/ iudice reuelãte ea quę modo latẽt. i Me extẽdas manũ tuã prior/ ad escam vel potũ/ vel ad benedicendũ/ vel ad dandũ quę super mẽsam sunt: maxie cũ tu nõ sis dñs mẽsę: vel ad ferendũ: vel ad iurandũ: vel ad inuitandũ: vel ad scribendũ. Glo. Ne p̃sumpte aliq̃d agas. k Et inuidia: id est imperperio alicuiꝰ inuidi hoc videntis: l Cõtaminatꝰ. i. cõuitiatus: m Erubescas/ de quitio tibi dicto: n Nec cõprimaris i cõuiuio vino. Mystice Eph. v.d. Nolite inebriari vino in q̃ est luxuria. Mystice: n Nec cõprimaris i cõuiuio. i. in studio: o Time/ sapiẽtię: quia non plus sapere q̃ oportet sapere: sed sape ad sobrietatẽ: Ro. xij. a. Prouerb. xxv. d. Perscrutator maiestatis comprimet a gloria. p Intellige q̃ sunt primi tui. i. qd debeas primo tuo: q Exte ipso: Illud em̃ debes ei qđ credis tibi deberi ab alijs posito in statu illius. Si ergo nõ vis cõpelli ad bibendũ: nõ doceas alios. Hester. j. b. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibẽdum: sed sicut rex statuerat pponens mensis singulos de principibus suis: vt sumeret vnusquisq̃ quod vellet. Tob. iij. c. Qđ ab alio oderis fieri: vide tu ne alteri aliquãdo facias. Matth. vij. b. Quęcũq̃ multis vt faciant vobis homines: ꝛ vos eadem facite illis. r Utere quasi homo frugi: id est quasi homo temperatus: non quasi vrsus aut lupus: s His quę tibi apponunt/ nõ quęrens alia: neq̃ lautioza/ vt voluptiosi: neq̃ vilioza/ vt hypocrite. j. xxxvij. d. Noli auidus esse in omni epulatione: ꝛ non te effundas super omnẽ escã. Vel/ p Intellige quę sunt primi tui ex ipso: id est ex tua ingilitate cogita fragilitatem aliorũ vt eis compatiaris. Ideo enim permisit dominus petrum futurum pastorem totꝰ ecclesię cadere: vt in casu suo disceret quomodo alijs misereri deberet. Job. v. d. Visitãs speciem tuam non peccabis. r Utere quasi homo frugi: id est quasi sobrius ꝛ discretus: s His quę tibi apponũt/ in mẽsa sacre scripture: non quęras nodum in scirpo. Prouerb. xxv. c. Vel inuenisti comede qđ sufficiat tibi: ne forte satiatus euomas illud. t Et nõ cũ mãducas multũ. i. nimiũ: vel multa fercula: vel diu: v Odio habebis/ a conuiuis: ꝛ maxime a scurris ꝛ a pauperibus: quorum sunt reliquię mensę. x Cessa prior/ loqui vel comedere: y Causa disciplinę. i. vt des alijs exemplum non comedendi nimis diu. Hoc est contra multos scholares/ mystice: qui nunq̃ volũt cessare a comestiõe scripturę: sed semp comedere volunt ꝛ nunq̃ pascũt. ij. Timoth. iij. b. Semp discentes ꝛ nunq̃ ad scientiã veritatis puenientes. z Et noli nimius esse/ in cõuiuijs/ in disputatiõibus/ in lectiõibus/ in sermonib⁹/ in iusticijs/ ꝛ in omni re: quia omne qđ caret mensura/ malũ est. Eccs. vij. c. Noli esse multũ iustus. a Ne forte offendas/ alios in tua nimietate. b Et si in medio multorũ sedisti/ in mensa: c Prior illis/ maxime maiorib⁹ te: d Ne extendas manũ tuam/ ad cibum vel potum. e Nec prior poscas bibere: Loquit̃ in morẽ quarũdam regionũ: vbi non apponit vinum in mensa: nisi cum querit̃/ in cyphis. f Qui sufficiens est homini erudito. i. extra ruditatem peccati posito: g Vinũ exiguũ. j. Timoth. v. d. Modico vtere vino ꝓpter stomachũ tuũ. Cato. Hoc bibe qđ possis/ si tu vis viuere sanꝰ. Ab adã vsq̃ ad noe nemo bibit vinũ. Item viuebant homines diu. Noe primꝰ plantauit vineam: ꝛ primus inebriatus fuit: Geñ. ix. c. Prohibet autem in scriptura dari vinum quattuor generibꝰ hominũ. Primo regibꝰ. Prouerb. xxxj. a. O lamuel noli dare vinũ regibus. Item sacerdotibꝰ ingressuris ad ministeriũ templi. Leuit. x. b. Vinum ꝛ omne qđ inebriari potest nõ bibetis tu ꝛ filij tui/ quãdo intrabitis tabernaculum testimonij/ ne moriamini. Item naçareis. Numeri. vj. a. Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificent: ꝛ se voluerint domino consecrare/ a vino ꝛ omni quod inebriare potest abstinebunt. Item claustralibus. Hiere. xxxv. b. Jonadab filius rechab pater nosterꝰ p̃cepit nobis/ dicens: Non bibetis vinũ vos ꝛ filij vestri vsq̃ in sempiternũ. b Et in dormiendo: ad litteram: non labozabis ab illo ꝛ non senties laborem/ ex indigestione. Eccs. v. c. Saturitas diuitis nõ sinit eum dormire. Hieronymus. Cibus simplex modicus minꝰ onerosus ẽ: diues epulis distentus/ curis anxius/ aut vix aut nunq̃ somno fouetur. Rabanꝰ. Tenuis victus tam animę q̃ corpori vtilis ẽ: supfluus vero econtra. Luc. xxj. g. Attẽdite vobis ne forte grauent corda vestra in crapula aut ebrietate ꝛ curis huius mũdi. l Vigilia. i. suauis somni priuatio/ siue mentis inquietudo: k Et cholera. i. colica vel vomica passio: vel vitę curtatio. Cholera em̃ et vomitꝰ causa est breuitatis vitę. Unde. j. xxxvij. d. Auiditas apprompsit vsq̃ ad cholerã ꝛc. l Et tortura. i. torsiões vẽtri.

Vinũ quattuor generibus hominũ ꝓhibetur

Al. tolore

a Viro infrunito: id est guloso sine frumine discretionis: vel ebrioso sine frunto: quia nunq̃ ab humore vini siccat: vel intemperato sine freno tempantię: vel inverecũdo sine fronte verecundię: vel insipienti sine froneſi sapientię. Vñ.g.xxiij. a. Animo irreverenti ⁊ infrunito ne tradas me. b Somn⁹ sanitatis: id est somnus salubris/ẽ/ c In homine parco: id est modesto ⁊ temperato. Eccs.v.c. Dulcis est somnus opanti siue parũ siue multũ comedat. Semp tamẽ salubrior est somnus in parco victu. Vñ se/qt ibi i Eccliaste: Saturitas diuitũ nõ sinit eũ dormire. d Dormiet vsq̃ in mane tẽporis/ad lram. Vel vsq̃ mane/ resurrectionis. e Et aia illius cũ ipso. i. cũ corpore ill⁹: f Delectabit/i somno cõtemplatiõis: quo quiescit in mũdo: ⁊ quiescit in christo. g Et si coactus fueris in edendo multũ/a propria cõcupiscentia: vel ab homine aliquo: vel infirmitate: vel causa alia: i Surge e medio/cõuiuantiũ tecũ. k Et vome/ex corsum: vt alij nõ videãt: Vin⁹ em̃ malũ est hoc q̃ vomere sup mensã. l Et refrigerabit: id est alleviabit/te. Nam vomitus/ad litterã: stomachũ purgat: ⁊ minuit cholerã. m Et nõ adduces corpori tuo infirmitatẽ: q̃ ex nimio cibo generat. Ec.j. xxxvij. d In multis escis erit infirmitas: ⁊ auiditas appropinquabit ad choleram. Esa.xxviij.b. Omnes mẽsę repletę sũt vomitu sordiũq̃ ita vt non esset vltra locus. Vel aliter: g Si coactus fueris/a ppria cõcupiscentia: quę sola cogere potest: Juxta illud Jaco.j.b. Unusquisq̃ temptat a p/pria cõcupiscentia abstractus ⁊ illectus. h In edendo multũ/cibum carnalis voluptatis: i Surge e medio/p contritionẽ: k Et vome/p confessionẽ: l Et refrigerabit te/ab ęstu malę cõcupiscẽtię. Eph.v.d. Surge q̃ dormis ⁊ exurge a mortuis: ⁊ illuminabit te christ⁹. m Et nõ adduces corpori tuo infirmitatẽ/ pęnę eternę: sed secũdę stolę.j.xxxvij.d. Propt crapulam multi obierunt: qui autẽ abstinens est adiciet vitam. n Audi me fili et ne spernas me. i. doctrinã meã: qz etsi turpe ẽ qõ docui/tamẽ vtile: aliquin nõ docerẽ filiũ. Simile/ Esa.xlix.a. Audite filij iacob: audite israel patrẽ vestrũ. Et Prouerb.iij.a. Audite filij sapiẽtiã pris vestri. o Et in nouissimo. i. tandẽ/ vl' in alia vita: p Invenies vba mea. i. fructũ ex eis pcipies/si seruaueris ea. Matth.xxiij.c. Verba mea nõ trãsibũt. q In oib⁹ operib⁹ tuis/bonis/esto velox: nõ pcrastinans sic cozu⁹. Soph.ij.d. Vox cantãtis in fenestra: cozu⁹ in supliminari. ſ.v.b. Nõ tardes cõuerti ad dominũ: nec differas de die in diem. Sed contra. Sine consilio nihil facias. j. xxxij.d. Item Prouerb.iij.d. Oculi tui recta videãt: ⁊ palpebrę tuę pcedant gressus tuos. Itẽ/Lucł.xiij.f. Quis ex vobis turrim edificare/nõne pus sedes computat sũptus qui necessarij sũt si habeat ad pficiendũ: Solutio. Est velocitas strenuitatis: ⁊ velocitas pcipitationis. Prima bona. est: qz vitiũ tarditatis excludit. Secũda mala est: quia in pcipitiũ ducit. De prima agit hic. Unde. j. xxxiij.c. In omnib⁹ operibus tuis pcellens esto. Prouerb.vj.b. Si impiger fueris veniet vt fons messis tua: ⁊ egestas lõge fugiet a te. Prouer. xxij.d. Vidisti virũ velocẽ in opere suo: cozã regibus stabit: nec erit añ ignobiles. Eccs.ix.c. Quodcũq̃ facere põt man⁹ tua instanter operare. Contra secundã velocitatẽ loquũt alię auctoritates. Dic ergo: q In omib⁹ operib⁹ tuis esto velox: id est strenuus/non mozosus. r Et omnis infirmitas/tędij vel accidię vel impedimentũ aliud: s Non occurret tibi/velociter opanti. Exo.xv.d. Si audieris vocem dñi dei tui: languozẽ quẽ posui i egypto nõ inducã sup te .i. induci nõ pmittã. Prouer.xiij.b. Curres nõ habebis offẽdiculũ. t Splendidũ in panib⁹: id est hilarẽ ⁊ docibilem in panibus erogandis pauperib⁹: x Benedicẽt labia multorũ: id est bona dicẽt de eo: ⁊ bona optabũt ei. j. xxxv. b. In omni dato hilarem fac vultũ tuũ. ij. Corinth.ix.b. Hilarẽ datorem diligit deus. Mystice: t Splẽdidum/ virtutibus. v In panib⁹/sacrę scripturę dispẽsandis: x Benedicent labia multorũ/in psenti et in futuro. y Et testimoniũ veritatis illi⁹. i. quã ille pdicat. Vel/veritatł illius. i. ꝑę honestatis illius. z Fidele. i. credibile: Illi em̃ pdicationi credit: cui vita attestat. Joh.x.g. Si mihi non vultis credere/operib⁹ credite. Prouerb.xij.c. Labiũ veritatis firmũ erit in perpetuũ. Mystice/de christo: t Splendidũ in panibus/ Joh. vj.b. et Matth.xiij.b. x Benedicent labia multorum: ad litteram: quia dixerunt: Hic est vere ꝓphęta qui venturus est in mundũ: Joh.vj.b. y Et testimoniũ veritatis illius fidele. Joh.x.c. Opera quę ego facio: hęc testimoniũ phibẽt de me. Itẽ Joh.v.f. Ego habeo testimoniũ maius iohãne: Opera em̃ q̃ dedit mihi pater vt pficiam ea: ipsa opera quę ego facio testimoniũ phibent de me. a In nequissimo pane. i. ex nequissimo cozde dato. i. tristi ⁊ auaro: b Murmurabit ciuitas: ad litterã: contra auarũ ⁊ tristem datorẽ. c Et testimoniũ nequitię. i. de neqtia/ill⁹/auari: d Clerũ est: qz sic dicit: ita ẽ. Mystice: a In nequissimo pane/ doctrinę/vel pdicationis iniquę: b Murmurabit ciuitas: id est ecclesia. c Et testimoniũ nequitię ill⁹/ falsi doctoris: d Clerum est: id est auctoritas testificãs nequitiã illius esse puniendã/vera est. Prouerb.xix.b. Falsus testis nõ erit impunitus. Matth.v.c. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis ⁊ docuerit sic homies: minim⁹ vocabit in regno cęlorũ. Panis mendacij nequã est. Prouerb.xx.c. Suauis est homini panis mendacij: et postea implebit os eius calculo. Panis detractiõis nequioz est. Job.xx.b. Panis eius i vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Panis hęreticos nequissimus est. Esa.lxv.d. Serpenti pulvis panis eius. De hoc pane ⁊ i hoc pane murmurat ciuitas ecclesię. Lucł.xij. a. Attendite a fermẽto phariseoꝝ. Joh.vij.b. Murmur multũ erat i turba de eo. Sequit: e Diligẽtes in vino. i. intentos calicib⁹ epotãdis: f Moli ꝓuocare/ad potandũ: Nimis em̃ sine ꝓuocatiõe bibũt. Vel/Moli ꝓuocare/ad irã cõtendendo cũ eis: qz facile irascunt ⁊ sese pcutiũt. Ebri⁹ em̃ ꝓmo est hilaris: secũdo sibi diues videt: tertio loquit: qrto furit. Vñ versus. Cũ venit risus/tũc paup cornua sumit: Et ven⁹ in vinis: ignis in igne fuit. Prouer. xxiij.d. Cui vę/ cui⁹ patri vę/cui rixę/cui foueę/cui sine causa vulnera: cui suffossio oculoꝝ: nõne his q̃ cõmorant in vino: ⁊ studẽt calicib⁹ epotãdis: g Adtos em̃ exterminauit. i. occidit: h Vinũ. i. ebrietas vini: q̃ sensũ minuit/irã excitat/libidinẽ inflãmat/ animi secreta revelat/rationẽ sepelit/fortitudinẽ eneruat/aiaz rugat. j. xxxvij.d. Multi ꝓpter crapulã obierũt. Osee.iiij.c. Fornicatio ⁊ vinũ ⁊ ebrietas auferũt cor. Prouerb.xx.a. et xxiij.c. de hoc. i Ignis ꝓbat ferrum durũ. i. mollit ⁊ candescere facit. k Sic vinũ corda superboꝝ arguet i ebrietate potatũ. i. extra mensurã. i. sicut ignis ferrũ mollit ⁊ inflãmat: sic vinũ extra mẽsurã potatũ corda dura inflãmat ad luxuriã

Dozaliter

Mystice

Mystice

Mystice de christo

inflam mat ad luxuriã/ t ad quodcũq facin⁹ impellit: vt patet in loth: qui post ebrietatem cõmisit incestum: Geñ. xix. g.

a Equa vita hominibus vinum in sobrietate: id est vinũ in mensura potarum: equam: id est salubrẽ vitam facit. Unde .s. in eodẽ. c. Q sufficiens est homini erudito exiguũ vinũ. Acuit em̃ ingeniũ: lętificat mentẽ: et robozat cozp⁹. b Si bibas illud moderate: id est cum debita mensura: c Eris sobrius: id est acutioz ad inuestigandum. Uinum modice sumptũ acuit ingeniũ. De vino spirituali planũ est. Roma. xij. a. Mõ plus sapere q̃ opoz tet sapere: sed sape ad sobrietatẽ. d Que est vita que minuitur vino: id est q̃ vilis t q̃ infęlix ẽ: Et loquit de vita nature: nã vita gratię t glozię omnino perdit. e Quid defraudat vitam/nature/gratię/glozię: f Mozs/nature/culpe/ miserię. Uel ebrietas instar mortis/hominẽ stultum et instabilẽ t insensibilem facit. Uel diabolus: Apoc. vj. b. Ecce equus pallidus: t qui sedebat sup eum nomẽ illi mozs. Item peccatũ. Sap. j. c. Deus mortẽ non fecit: id est peccatum. Pś. Uiri sanguinũ et dolosi nõ dimidiabũt dies suos. Itẽ poculũ veneni. i. false et hęretice doctrinę. Apoc. xvij. b. Mulier erat circũdata purpura t coccino t inaurata auro t lapide pciosо t margaritis: habens poculũ aureum in manu sua plenum abominatiõe t imunditia fornicationis eius. Uel Mozs: id est voluptas. j. Timoth. v. a. Uidua que in delitijs est viuens mortua est. g Uinum in iocũditate: id est ad iocunditatem: b Creatũ est non in ebrietate: id est ad ebrietatẽ: ab initio: licet noe qui primo plantauit vineam/inebriatus fuerit. Pś. Uinum lętificat coz hominis: moderate sumptũ. Prouer. vltj. a. Date siceram męrentibus: t vinũ his qui amaro sunt animo/vt bibant t obliuiscañ egestatis sue: t doloris sui nõ recozdenť ampli⁹. Similiter ceteri terreni fructus creati sunt ad alimentũ hominis non ad detrimentũ. Unde sic sumẽda sunt alimẽta quasi medicamẽta: t qui aliter sumit/male sumit. j. Timoth. vj. b. Habentes alimenta t quibus tegamur his contenti simus. i Exultatio aię t cozdis/vinum moderate sũptũ/vl potatum. i. est causa lętię affectus t intellectus. Nam nomine animę affectus: nomie cozdis intelligit intellect⁹. Act. iij. f. Multitudinis credentiũ erat coz vnũ t aia vna. Hec duo lętificat sobrius potus vini: Nam t intellectus acutioz reddit: t affectus pmptioz t paratioz ad omne bonũ. k Sanitas est animę t cozpozi sobrius potus/vini p causam. Nam ex sobrio potu vini naturalis vigoz cozpozis reparat: t in anima bonę cogitationes/t sancta desideria generant. Zach. ix. d. Uinum germinans virgines: non meretrices. l Uinum multũ potatum/ vel in multa quantitate: vel in multa fozitudine: m Irritationẽ: id est euacuationẽ sensus/vel ꝓuocationẽ ad iracundiã: n Et irã: id est motũ ad vindictam vel ad conuitia. o Et ruinas multas facit/tã cozpozales q̃ spirituales. Prouerb. xxiij. d. Cui rixe/cui foueę/cui sine causa vulnera: cui suffossio oculozũ: nõne his qui cõmozank in vino: t studeñt calicibus epotandis: p Amaritudo animę vinum multũ potatum: id est vinum multũ fozte: vel in multa quãtitate potatum/facit amaritudinẽ peccati vel pęnitentię in anima siue in cõscientia. Prouerb. xxiij. d. Ne intuearis vinum quãdo flauescit: cum splenduerit in vitro colоz eius: ingreditur blande et in nouissimo mozdebit vt coluber: et sicut regulus venena diffundet. q Ebrietatis animositas imprudentis offensio: actiue t passiue: id est audacia siue temeritas que surgunt ex ebrietate offendit et offendit alios. Offensio imprudentis dicit: quia nullus nisi stultus offenditur ex verbis ebrij. Nec etiã respondet ei aliquis nisi stultus. Prouer. xx. a. Honoz est homini qui separat se a cõtentionibus: omnes autẽ stulti miscenť cõtumelijs. Prouerb. xxvj. a. Ne respondeas stulto iuxta stulticiam eius: ne efficaris simlis illi. r Mi-

a Equa vita hominib⁹/vinum
b in sobrietate: si bibas illud
c moderate eris sobri⁹. Que ẽ
e vita q̃ minuit vino: Quid
f defraudat vitam: Mozs.
g h Uinũ i iocũditate creatũ
est non in ebrietate ab ini-
i tio. Exultatio aię et cozdis
vinũ moderate potatũ. Sa-
k nitas est animę t cozpozi: so-
l brius potus. Uinum multũ
m potatũ/ irritationẽ et irã̃ et
o ruinas multas facit. Amaritudo aię vinũ multũ potatũ.
q Ebrietatis animositas imprudẽtis offensio: minoras vir-
r tutem t faciens vulnera. In
s cõuiuio vini nõ arguas pri-
t mũ: t non despicias eum in
v iocũditate illius. Uerba im-
x properij nõ dicas illi: et non
y premas illũ in repetendo.

nozans virtutem/ animę t cozpozis: s Et faciens vulnera/ animę et cozpozi. Osee. iij. c. Fornicatio et vinũ et ebrietas auferũt coz. Mozati⁹. Quid nõ ebrietas designat: operta recludit: Spes iubet eẽ ratas: ad pręlia trudit inermẽ: Sollicitis animis onus eximit/ac docet artes: Fęcũdi calices quẽ nõ fecere disertũ. Prouerb. xx. a. Luxuriosa res vinum et tumultuosa ebrietas: quicũq̃ in his delectať non erit sapiens. t In cõuiuio vini nõ arguas proximũ: id est cum bene potatus est in conuiuio non arguas eum de loquacitate: non improperes ei ebritatẽ. Nam calefactus vino cito irascerek/ et quasi furiosus pcuteret. s. viij. d. Cum iracundo non facias iter̃: t cum audace non eas in desertũ. Prouerb. xxij. d. Noli esse amicus homini iracundo: neq̃ ambules cum viro furioso. Et ita fecit abigail: noluit arguere nabal super stulticia sua: quia ebrius erat vsq̃ in crastinum. j. Reg. xxv. v Et non despicias eum in iocunditate illius: id est in ebrietate improperando conuitia sua: vel irridendo eum: sicuti cham irrisit noe patrem suum: Geñ. ix. d. Et iudei christum inebriatum in cruce. x Uerba improperij non dicas illi/ tunc quando tegendus est/non reuelandus. Prouer. xvij. c. Qui celat delictum quęrit amicitias. Unde sem et iaphet amici facti sunt noe t benedicti: quia cooperuerũt eum. Chã autẽ maledictus t seruituti addictus in filio suo: quia ostenderat pudenda patris sui. y Et non premas illum in repetendo/tunc debita tua. Totum istud capitulũ mystice t moraliter põt exponi de multiplici vino: t multiplici ebrietate. Est enim multiplex vinum t multiplex ebrietas. Est vinum charitatis siue amoris. Cant. ij. a. Introduxit me rex in cellam vinariam: et ordinauit in me charitatem. Item est vinum compunctiõis. Pś. Potasti nos vino compunctionis. Item est vinũ lęticię spiritualis. Pś. Uinũ lętificat coz hominis. Item est vinũ legalis austeritatis. Cant. j. a. Melliora sunt vbera tua vino. Item est vinum durę increpationis. Luc. x. f. Appropians autẽ samaritanus alligauit vulnera eius: infundens oleum t vinũ. Item est vinum deuotionis: in quod sępe vertit aqua cõtritionis vl tribulationis: sed non nisi in nuptijs in domo architriclini: Joh. ij. b. Item est vinum doctrinę spiritualis. Zach. ix. d. Quid est bonũ eius et quid pulchrum eius nisi frumentum electorum: et vinum germinans virgines: Item est vinum humanę redemptiõis: scz sanguis dñi: qđ cũ lacte bibi debet. i. cũ pietate cõsciętię. Esa. lv. a. Uenite emite absq̃ argẽto t absq̃ vlla cõmutatiõe vinũ t lac. Cant. v. a. Bibi vinũ meũ cũ lacte meo. Itẽ est vinũ carnalis voluptatis. Prouer. xx. a. Luxuriosa res ẽ vinum. Item est vinũ temporalis iocũditatis. Eph. v. d. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Item est vinum infidelitatis: quod ꝓpinant hęretici. Deut. xxxij. c. Fel draconũ vinum eorum. Primo vino inebriatus est christus in cruce. Unde t ad potum illius inuitat sponsa/Cant. v. a. Comedite amici t bibite t inebriamini charissimi. Ultimo inebriabiť antichristus t omnes satellites eius. Apoc. xviij. a. De vino irę fornicationis eius biberunt omnes gentes: et reges terrę cum illa fornicati sunt.

Matth. 27. f.

Mltiplex vinũ

Pś. 59.

Pś. 103.

tis:in vita/in sclētia/in dignitate. a Et omnes populi et rectores ecclesię auribus/ cordis/percipite: id est perfecte capite doctrinam meā: Quam subiungit/ dicens: b Filio ꝛ mulieri ꝛc̄. Ad litterā/docet patres vt filios suos regāt:ꝛ cū disciplina nutriāt/donec veniāt ad pfectā ętatē. Docet etiā rectores ecclesię: vt dignitatē suā vsq; ad finē laudabiliter teneant/bñ viuēdo/bñ docēdo: vt ita discipulos bñ nutritos dignos hęredes sui laboris post se relinquāt. Dicit ergo: b Filio/tam carnali q̄ spirituali. c Et mulieri: id est vroti tam carnali q̄ spūali. d Fratri/tam carnali q̄ spirituali. e Et amico/fortunę. f Non des potestatē sup te in vita tua.i.non vincat te carnalis affectio: vt quē q̄ pmittas tibi dñari: Sic̄ legit̄ iij. Esdre.iiij.c.de rege/cui mlier ita dña bat:vt cū ridebat ipsa ꝛ ipse rideret:ꝛ cū tristi erat/tristabat ꝛ ipse: et cū volebat pcutiebat eū i facie. Pręlat⁹ potestatē sup se oībus dat:qui male viuit ꝛ male mīnistrat. Prouerb.v.b. Non des alienis honorem tuū. g Et non dederis alij possessionē tuam.i.ius siue dñiū possessiōis tuę. Videt q̄ auctor hic doceat ꝫ doctrinā dñi/ Matth.xix.c.Si vis pfect⁹ eē vade ꝛ vende oīa q̄ habes ꝛ da paupibus.Solutio. Dicūt quidā q̄ auctor hic loquit̄ infirmis: qđ patet p hoc qđ sequit̄: Ne forte pęniteat te: Dñs autem in matthęo loquit̄ pfectis:qđ patet p hoc qđ dicit: Si vis pfect⁹ esse. Et vtrobiq; dat ꝫsiliū nō pręceptū. Veli⁹ pōt dici: ꝛ q̄ hic loquit̄ auctor omnib⁹ tā pfectis q̄ impfectis:quib⁹ dare alq̄s potestatē vel possessionē suā ꝓhibet: nō tū vęndere.Qui em̄ ꝓpter christū oīa dat paupib⁹/nihil dat: sed carissime vendit: obolū dat p regno cęlor. Vñ Aug⁹. in psona dñi loquēs ait: Uęnale habeo.Et quid:Regnū cęlor.Quib⁹ emit:Pauptate/regnū: vilitate/ gloria:doloze/gaudiū:laboze/requies:morte/vita. Itē qui dat paupibus/semiat in terra fertilissima. Osee.x.d. Semiate vobis in iusticia:ꝛ metite i oze misc̄ię. Itē cōmodat ad vsurā ipsi dño. Prouer.xix.c.Fęnerat dño q̄ miseret paupis. Nihil igit̄ dat q̄ pauperib⁹ erogat: sed q̄ p terreno cōm odo sua dat/vl̄ p fauoze hūano:ille grat̄ dat.i. p nihilo verissime.Ergo dic̄: g Et nō dederis alij possessionē tuā/ne forte pęniteat te/ ita dedisse: h Et decęperis p illis/q̄ dedisti rebabēdis. i Dū adhuc supes ꝛ aspiras.i.dū viuis. k Nō imutabit te ois caro.i. carnalis affectus: vt des alij potestatē siue possessionē tuā. l Melius est em̄ vt filij tui/te rogent/ pro aliqua re habēda: m quā te respicere/ p̄ inopia: n In man⁹ filior tuor. ij. Cor̄.viij.c. Nō vt alijs sit remissio/vobis aūt tribulatio. Itē.ij. Cor̄.xij.e. Nō debent filij parentib⁹ thesaurizare:ſz parentes filijs:qđ fit q̄n subditi plura bona faciūt q̄ ꝓlati. o In omib⁹ operibus tuis p̄cellens esto.i.oīa p̄cellēter age. Et hoc dicit̄ maxime ad ꝓlatos: qui sicut dignitate: ita morū honestate ꝛ sapiētię ꝓfunditate p̄cellere debēt. Vñ Leuit̄.viij.c.pręcipit̄ vt in partem sacerdotis cedat pectusculum ꝛ armus dexter. Et Joh.vlt̄.d.requirit̄ a petro:Simon iohānis diligis me plus his:ꝛ Cant̄.iij.c. En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis israel: omnes tenentes gladios/ ꝛ ad bella doctissimi.j. Regū.x.d. Stetit saul in medio populi:ꝛ altior fuit vniuerso populo ab humero ꝛ sursum. p Ne dederis maculā in gloriā tuam: id est ne macules cōscientiam tuam peccato aliquo. Nam gloria nostra hęc est/ testimoniū conscientię nostrę.ij. Corinth̄.j.c. Uel dare maculā in gloriā suam/ est/ bonā famā vitę ꝓteritę peccatis sequētibus maculare: Sic̄ dicit̄.j. xlvij.c. de salomone: Potestatem habuisti in corpore tuo: dedisti maculā in gloria tua. q In die cōsūmationis dierum vitę tuę:id est morte iminente/quādo iam vita cō summata est. r Et in tempore exitus tui/de mundo siue de corpore: s Distribue:id est pluribus tribue. t Hereditatem tuam/in elemosynā. Prouerb.xij.b. Honora dñm de tuis substātia. Sed nūquid expectāda est hora mortis de elemosyna faciēda:- Sed infirmis loquit̄:q̄ etiā in morte nō audent distribuere hęreditatē suā pauperibus:ꝫ totū parentib⁹ dimittunt. Uel sic lege et melius: r In tempore exitus tui: id est in tempore mortis: s Distribue/ hęredib⁹ tuis: t hęreditatē tuam/ꝛ nō ante. Et hoc concordat ei meli⁹ quod supra dixit: Ne dederis alij possessionem tuā. Stultum enim est se filijs suis vel subditis subūcere. v Libaria et virga ꝛc̄. Hic describit auctor qualis debet esse seruorum nutritura et disciplina: vt.s. habeant victum ꝛ vestitum: nec vacent ocio:in quibus nō natura despicienda est:sed improbitas coercenda. Vere aūt serui sunt: qui vitijs seruiunt:liberi vo sunt qui iusticię obediunt. Unde Job.viij.d. Omnis qui facit peccatū seruus est peccati. Item Job.viij.e. Si filius vos liberauerit/vere liberi eritis. Dicit ergo: v Libaria ꝛ virga et onus asino/debenť. Libaria/ne deficiat: virga/ne laciuiat:onus/vt proficiat. x Panis ꝛ disciplina ꝛ opus seruo. Panis/ne succumbat: disciplina/ne erret:opus/ne insolescat. Et verum est hoc/tam de seruo corporali q̄ de seruo spirituali: Utriq; enim debeť panis sustentationis:non altilia. Disciplina instructionis:opus satisfactionis/aut superogationis. Mozaliter: Tam seruus q̄ asinus noster est nostra caro:cui debeť cibus ad sustentationem nature: virga disciplinę ad repressionē lasciuię:opus ꝛ onus ad perfectionē pęnitentię. Prouerb.xxvj.a. Flagellū equo ꝛ chamus asino:ꝛ virga in dorso imprudentiū. Item/ Prouerb.xxix.c. Uirga atq; correctio tribuit sapientiā:puer autem qui dimittit voluntati suę confundit matrē suam. Et.j. Qui delicate a pueritia sua nutrit seruum suum: postea sentiet eum contumacē. y Operatur in disciplina:id est sub disciplina positus: z Et quērit requiescere/ post laborem/non rebellare.q.d. si disciplinatus fuerit seruus: et ꝫm quod disciplinatus fuerit operabit ꝛ non eriget se: vel rebellabit tunc contra te:quia disciplina ꝛ labor operis eius superbiā castigabunt. a Laxa manus illi.q.d. si laxaueris illi manus ab opere vel laboze: b Et quērit libertatem:non tm̄ requiem secum fecit post disciplinā et opus: Et ideo bonū est semper seruum sub disciplina ꝛ in opere custodire. c Jugum/vt in tauro: d Et lorum/vt in equo: e Curuant collum durum/tauri vel equi: g Et seruū/maliuolū: h Inclinant:id est humiliāt: i Operationes assidue/ salua nature quiete. Mozaliter: c Jugum: id est pondus pęnitentię. d Et lorum: id est rigor disciplinę: e Curuant:id est humiliāt: f Collum:id est elationem superbię. g Et seruum:id est carnem vitijs seruire cogentem: h Inclinant/ ad obedientiam spiritus: i Operationes assidue: id est disciplinę/ vigilię/ abstinentię. Unde .ē. xxxj. a. Uigilia bonestat is tabefaciet carnes: id est carnales concupiscentias.

Mozaliter

Mozaliter

Seruo maliuolo

a Seruo maliuolo. i. rebelli dño suo: debenť/ b Tormẽta/vel/toztura/flagellox: ne ceruicẽ erigat. c Et cõpedes/vinculoz̃ ne effugiat. d Mitte illũ in opationẽ ne vacet/ocio. e Multam enĩ maliciam docuit ociosítas: id est multoz̃ malox̃ fuit occasio. Diabol⁹ enĩ animã ociosam facile indinat ad vanitatem cogitationũ: de vanitate cogitationum ad voluptatem affectionum: et tandem ad cõsensum z operationẽ. Unde Matth. xij. d. Cum spiritus imundus exierit ab homie ambulat per loca arida/quęrens requiẽ et non inuenit: tunc dicit/ reuertar in domũ meam vnde exiui; et veniens inuenit eam vacãtẽ/scopis mũdatã z ornatã: tũc vadit et assumit septez spũs secũ neqozes se z ĩtrãtes habitãt ibi. Et iõ dic̃ Hiero⁹. Semper aliqd opis facito/ne diabol⁹ te ĩueniat ociosũ. Dauid enĩ vacãs ocio incurrit ĩ adulteriũ bersabee. ij. Regl. xj. a. Quęritur: egisthus quare sit factus adulter: Jn promptu causa est: desidiosus erat. Ezech. xvj. f. Hęc fuit iniqtas sozoris tuę sodomę: superbia/saturitas panis z vini z ocium ipsius. Prouerb. xxviij. c. Qui operatur terram suam saturabitur panibus: qui autem sectať ocium replebiť egestate. f Jn opera cõstitue eum: id est seruũ. g Sic enĩ condecet illũ: quia ser⁹ est. h Qđ si nõ obaudierit: id est obedierit: i Curua illũ cõpedib⁹: id ẽ liga illũ in vinculis ne fugiat verberat⁹. k Et non amplifices super omnem carnem: id est non exaltes eum pręficiendo alĩs hominib⁹: sicut salomon/hieroboam pręfecit inultis: et tandem inuenit eum rebellem. ij. Regl. xj. l Verum sine iudicio: id est sine discretione z deliberatiõe. m Nihil facias graue/contra seruũ tuũ: licet malus sit. Unde. ẽ. xxxij. d. Fili sine consilio nihil facias. n Si est tibi seru⁹ fidelis: id est fideliter tua congregãs: fideliter conseruans: fideliter dispensans: o Sit tibi quasi anima tua: id est ama eum z serua eum sicut vitam tuam. ẽ. vij. c. Seru⁹ sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua. p Quasi fratrẽ sic eum tracta: id est cogita q̃ fili⁹ dei est sicut tu: ideoq̃ si malus/ feriẽd⁹ est: tñ quia frater/ diligẽdus. Matth. xxiij. a. Omnes vos fratres estis: vnus est pater vester qui in cęlis est. q Quoniã in sanguine animę: id est ad sustẽtationem vitę tuę: vel pecunia multo laboze animę acquisita vel in peccato animę tuę: r Cõparasti eum: id emisti. Argumentũ q̃ emere hominẽ in seruũ peccatũ est: tñ apls videtur permittere. j. Corl. vij. d. Seruus vocatus es: non sit tibi curę: sed si pores fieri liber magis vtere. Col. iij. d. Serui obedite per oĩa dñis carnalibus. s Si lęseris eũ iniuste/nimis affligẽdo: vel duriter obiurgãdo: vel vitę necessaria subtrahẽdo. t Jn fugã quertenť: sicut auis de laqueo. v Et si extollẽs. i. aliquid de rebus tuis tollẽs. x Discesserit/a te. y Quẽ quęras. i. q̃lem: vel in q̃ habitu: z Et i q̃ via q̃ras illũ nescis: qz forte mutauit nomẽ suũ z habitum.

Expositio Capi. XXXIIII

Vana spes zc. Quattuoz docet auctoz in ẽ capło. Primo docet nõ eẽ credẽdũ somnijs/augurijs/z diuinatiõib⁹: sed pon⁹ legi dei q̃ sine mẽdacio pfũmať. Uñ Esa. vij. d. Et cũ dixerint ad vos: quęrite a phytonib⁹ et a diuinis q̃ stridẽt ĩ incãtationib⁹ suis: nũq̃d nõ ppls a deo suo reqret visionẽ p viuis z moztuis: ad legẽ magis. Leuitl. xix. f. Nõ augurabimini nec obseruabitl somnia zc. Scõdo docet q̃bus credendũ est. s. exptis z tẽptatis. Tales enĩ vere scĩũt/expientia temptationis z tribulationis. Matura magistra ẽ. Esa. xxviij. e. Sola vexatio tñmodo dabit intellectũ auditui: ibi: Qui nõ est tẽptať q̃d scit. Tertio/docet ti mere deũ: ponẽs laudes z vtilitates timoris: ibi: Spũs timentiũ deũ. Quarto/docet nõ facere elemosynas de iniusta possessiõe ibi: Jm molantis ex iniq̃. Horalit autez docet non pfidere in diuitijs tpalib⁹: q̃ sic somnia vana sť z vacua veritate. Fiũt aũt sex modis imaginatiões somnioz sicut dic̃ Hzeg⁹. in dial. Aliqñ ventris plenitudine: aliqñ vętris z capitis exinanitione: aliqñ demonis illusiõe: aliqñ dei reuelatiõe: aliqñ cogitatione simul z illusiõe: aliqñ cogitatione simul z reuelatiõe. Duo pma genera somnioz oẽs expimẽto cognouim⁹: cętera in scripturis inuenim⁹. De tertio enĩ dz hic: Multos errare fecerũt somnia. De quarto dicit Gen. xxxvij. b. Audite somniũ qđ vidi: dixit ioseph fratribus suis. Et Matth. ij. d. Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit in somnis ioseph. De qnto dicit Eccs. v. b Ubi multa sunt somnia: multę sunt vanitates. Et. ẽ. parũ. a. d. Somniũ tuũ z visiões capitl tui in cubili tuo hmõi sunt: qđ postea disserens daniel ỏ radice cogitatiõis inchoauit dicens: Tu rex in stratu tuo cępisti cogitare zc. Nõ est q̃ credẽ dũ somnijs: quia quo impulsu fiant/nõ facile lucet: tñ sancti illusiones z reuelationes quodã intimo sopoze discernũt: vt sciant qđ a bono spiritu percipiãt: vel qđ ab illusione patiantur: vt dicit Hzeg⁹. Dicit q̃: a Vana spes. i. mendax et vacua: b Et mẽdaciũ viro insensato: qui non habet sensum discernẽdi in quo sperandũ sit/z in quo nõ: et q̃ sperãda sint z q̃ nõ: Hoc est: illi⁹ spes mẽdax est z vana qui sperat in trãsitozijs. Uñ Sap. iij. c. Uacua est spes illox z labozes sine fructu. Jmpij spes tanq̃ lanugo est q̃ a vẽto tollitť. Itẽ illi⁹ spes vana ẽ z vacua: q̃ sine meritis sperat puenire ad regnũ: Nã vera spes certa expectatio futurę btitudinis ex gra z meritl pueniẽs. Sap. xvj. d. Ingrati spes tanq̃ hyberna/lis glacies tabescet z disperiet tanq̃ aqua supuacua. c Et somnia. i. phãtasticę rones z somnioz visiões: d Extollũt/i supbiã: e Jmpzudẽtes: q̃ nesciũt discernere inť somnia illusionũ z reuelationũ. Uel/ c Somnia. i. bonozes/et diuitię z delitię tempales. d Extollũt. i. extra se tollũt: e Jmpzudẽtes: q̃ nesciũt discernere inť vitatẽ et somniũ: et somniũ veritatẽ dicũt z falsos bonozes/ falsas diuitias/ falsas delitias: veros honozes/ veras diuitias/ veras delitias opinanť. Prouerb. xiij. a. Est q̃si diues cum nihil habeat. Esa. xxix. c. Somniat esuriẽs z comedit: cum aũt fuerit expgefactus/ vacua est aĩa ei⁹. Uñ Pš. Dormierũt somnũ suũ z nihil ĩuenerũt oẽs viri diuitiarũ ĩ manib⁹ suis. f Quasi q̃ apprehẽdit. i. apprehẽdere intẽdit: g Umbrã/ q̃ vana est/z fugit sequẽtẽ: z sequiť fugientẽ. h Et psequiť. i. assecq̃ pfecte nitiť: i Uentũ/q̃ nec videri/nec teneri/nec apprehẽdi põt: qz tenuissim⁹ z leuissim⁹ ẽ. k Sic z q̃ attẽdit. i. desiderijs z attẽtionẽ reddit: l Ad visa mẽdacia: id est ad bona tpalia: q̃ recte z vmbza z veni⁹ z visa mẽdacia dicunť. Umbza q̃dẽ: qz imaginẽ bonitatl habẽt/sed nõ veritatẽ. Itẽ vmbza vespe longioz ẽ: sic amoz tpaliũ sole gręę occidẽte crescit. Uñ Hiere. vj. a. Uę nob: qz declinauit dies: qz longiozes factę sũt vmbrę vesperi. Itẽ vmbza sequiť fugientẽ z fugit sequẽtẽ: sic tpalia. ẽ. xj. b. Si secut⁹ fueris nõ apphẽdes z nõ effugies si p̃cucurrerl. Uent⁹ aũt dicũť tpalia:

Ab quia boies sicut

Ser modis fiũt somnia

Pš. 75.

Sap. 5. c.

quia hoīes sicut nubes agitāt/tumultū faciūt ⁊ inflant. Osee xij.a. Ephraim pascit ventū ⁊ sequit̄ estū. Visa mēdacia dicunt/visa quidē: qz in eis stat oculus amatoris cū deberet p ea trāsire ad visionē creatoris: vt essent via non finis. Unde Aug⁹. Ue illis dñe q̄ diligūt nutus tuos ꝑ te. Mendacia ꝓ vicunt: quia satietatem ꝓmittunt ⁊ fa-

a mendacia. Scōm hōc visio
b somnioꝝ. Antē faciē hoīs si
c militūdo alterius hoīs. Ab
d imūndo q̄d mūdabit̄: Et ā
f mēdace quid verū dicetur:
g h Diuinatio erroris ēt augu-
i ria mēdacia ⁊ somnia male-
k facientiū/vanitas ē. Et sicut
l parturiēt̄ cōr tuū phantasias
m patit̄: nisi āb altissimo fuerit
n emissa visitatio: nē dederis i
o p illis cōr tuū. Multos enim
q errare fecerūt somnia: ēt ex-

mē pariunt: qz: Quo plus fūt potę plus fi- ●⁊Ouidius .i.fastorū
tiūt aquę. Eccē.v.b. Auarus non implebi tur pecunia. Prouer. x.a. Qui nititꝫ mēdacijs: hic pascit vētos: idē aūt ipse seq̄t̄ aues volantes. Hiere.vij. b. Appēdēt mēdaciū ⁊ noluēt reuerti.

⁊ Pš.4. B Pš. Filij hoim vsq; quo gr̄ui corde: vt q̄d diligitis vanitatē ⁊ q̄rritis mēdacium.

ciderūt sperātes in illis. Si-
r né mēdacio ꝓsumabit̄ ver-
s bū ⁊legis: ēt sapiētia i oze fi-
t u delis ⁊cōplānabit̄. Qui non
x est temptat⁹ q̄id scit: Uir in
y z multi exptus cogitabit mul
a b ta: ēt q̄ multa didicit ēnarra-
c d bit intellectū. Qui nō est ex-
e pert⁹ pauca ⁊recogn̄scit. Qui
f aūt i multi ⁊fatu⁹ ē: multiplica
g b bit malicią. Qui tēptat⁹ nō ē
i k qualia scit: Qui ⁊implanta-
l tus est: ābundabit nequitia.

eis. p Multos enī errare fecerī somnia. i. falsū ꝓ vo credere. q Et excide- Al. ⁊regio
rūt: a vitate/a gr̄a vl' al. ⁊cōplaci
a vita vel a spe: spe- rātes i illis/somnijs. Sic cuidaz olim acci-
dit: q̄ dū vehemēt attēderet somnijs/somniauit se diu victurū: Al. ⁊cogno
cunq; multa bona vi- Al. ⁊factus
tę suę in annos pluri- Al. ⁊implar
mos cōgregasset/ repente moztuus est: et oēs diuitias suas reliquit intactas. Sicut etiam legitur de diui-

Scōm hoc visio somnioꝝ. i. similia sunt apprehēsio vmbrę: et psecutio venti: et visio somnioꝝ: Nā in oibus ē vanitas/⁊ nulla veritas: Et ꝑbat. s. b Ante faciē hoīs/somniātis vel dormientis. c Similitudo alter⁹ hoīs/apparet. i. diaboli: q̄ transfigurat se in speciē hoīs vel mulieris vt deludat dormientes. Vñ Matth. xiij. d. Inimicus hō hoc fecit. d Ab imūdo q̄d mūdabit̄. i. a diabolo q̄d mūdum prouenit: e Et a mēdace. i. a diabolo: qui est mēdax ⁊ pater mendacij: Job. viij. f. f Quid verū dicetur: Dicit Rab. q̄ diabolus nōnunq̄ solet multa vera ꝓdicere/vt ad extremum valeat animā aliq̄ falsitate laqueare. Item ab imūdo ꝓdicatore quid mūdabit̄: Nihil. Greg⁹. Nō valet sordes tergere man⁹ q̄ lutū tenet. Ro. ij.c. Qui ꝓdicas nō furādū furaris: e Et a mēdace/doctore: f Quid verū dicet̄: Illō q̄ nō faciūt. Mat. xxiij. a. Dicūt enī q̄ nō faciūt. g Diuinatio erroris. i. ducēs i errorē. h Et auguria mēdacia ⁊ somnia malefaciētiū ē vanitas. i. q̄libet istoꝝ q̄tuor: diuinatio/augurijs/mēdacijs/somnijs malefaciētijs. Diuinatio erroris dicit mēdax futuroꝝ ꝓdictio: quę est in pseudo ꝓphetis: q̄ non spū dei illuminati/sed spū ꝓprio agitati: futura mendacit̄ prędicūt. Vñ Hiere. xxiij. d. Nō mittebā ꝓphetas ⁊ ipsi currebāt: non loquebar ad eos: ⁊ ipsi ꝓphetabant. Est etiā diuinatio erroris ī dęmonib⁹: q̄ in obsessis aliq̄/q̄q; in phytonib⁹ mendacit̄ futura ꝓdicūt. Et hęc diuinatio: vanitas est: quia ei nulla subest veritas. Augurium est maleficiū: quo q̄s se simulat ī garritu vel ī volatu auiū perpendere futura: et hoc vanitas est. Mēdaciū pōt dici maleficiū haruspicū: q̄i in fibris aīaliū circa aras se simulāt futura ꝓspicere: vel astronomoꝝ q̄ ī astris futura ꝓsiderāt: et hoc vanitas ē. Somniū malefaciētiū ē q̄d ex illusiōe dęmonū fit: et ꝑ vanitas est. Ola hęc ꝓhibita sunt in lege. Leuit̄. xix. f. Nō augurabimini: nec obseruabit̄ somnia. Nume. xxiij. d. Nō est augurū ī iacob: nec diuinatio ī israel. Deut. xviij. b. Nō iueniat̄ in te q̄ lustret filiū suū aut filiā ducēs ꝓ ignē: aut qui hariolos scisciteꝫ: aut obseruet somnia atq; augurią: nec sit malefic⁹ neq; icantator: nec phytones cōsulat nec diuinos et querat a moztuis veritatē. i Et sicut parturiēt̄ cor tuū phātasias patit̄ nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Phātasię parturiētū dicunt phātasticę visiōes quas patiunt mulieres in partu ex humoribus⁹ resolutis ⁊ fumis ascendentib⁹ ad cerebrum/sicut accidit febricitantib⁹ de acuta: sic cor illius qui credit augurijs ⁊ diuinatiōibus ⁊ mēdacijs ⁊ somnijs: Sed cū gratia dei cordi infundit̄ quę mētem illuminat/hęc phantasmata fugat: qz simul esse non possūt error et ꝓpheta. Et hoc ē q̄d dicit: l Sicut parturiēt̄/ mulieris: id est in partu vel ad partum laborantis/cor patit̄ phantasias: Ita/ k Cor tuū: q̄ credis augurib⁹ ⁊ diuinis:

l Phantasias patitur: id est a phantasmatib⁹ imutat et trahitur in errorem. m Nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio: id est gratia illuminās ⁊ discernens et etiam somniū ⁊ visionē. Vñ rogat Pš. Visita nos de⁹ in salutari tuo. Pš.105.
n Ne dederī i illis/diuinatiōib⁹: o Cor tuū: vt credas

te ampliante horrea sua: Luc̄. xij. c. Et cum omia congregasset: nocte subito moztuus est. Eccē. v.b. Ubi multa sunt somnia: plurimę vanitates. r Sine mendacio consūmabitur verbum legis. q.d. falsa sunt ⁊ vana auguria et somnia: et ideo non est illis credendū: sed omnia quę in lege sunt/tam noua q̄m vetera/vera sunt: et idcirco credendum est legi dei. Unde. s. xxv.d. Nō sis incredibilis verbo illi⁹. Itē s. xxxiij. a. Homo sensatus credit legi dei: et lex illi fidelis.
s Et sapientia in oze fidelis/doctoris. t Complanabitur: id est plane ⁊ aperte docebit̄. Fidelis autem doctor dicitur: qui in doctrina sua quęrit tm̄ dei honorem: et ꝓximi edificationem. Et ideo doctrina fidelis in duobus consistit. In increpatione vitiorum: et relatione secretorum. Unde Beda super Exodū. Qui sermonez facit ad populū: non solū increpādis reatib⁹: nec solū referādis sentētijs scripturarum debet instare secretis: ne tm̄ de peccatorū correctione disputans/minus audiatur: vel mysteriorum tm̄ secreta referans/minus ꝓsit. Temperet ergo ex vtroq; sermonem: vt secretorum cęlestiū pandat suauitatem: ⁊ morū cor rectionem quasi bis tinctū coccū in habitu suo demonstret.
v Qui non est temptatus: id est tribulatione ꝓbatus et exercitatus: x Quid scit: q.d. parum aut nihil: quia sola vexatio dat intellectum auditui: Esa. xxviij. e. y Uir i multis expertus: id est exercitatus ⁊ eruditus. z Cogitabit multa/ad eruditionē aliorum. Experientia enī optima magistra est. a Et qui multa didicit/ab alio: vel experimento: b Enarrabit/alijs: c Intellectum: id est doctrinam intelligibilem. Unde. ij. Cor̄. i. a. Benedictus deus qui consolatur nos in omni tribulatiōe nostra vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur ⁊ ipsi a deo. d Qui nō est expertus/ tribulationem: vel in multis exercitatus:
e Paucā recognoscit: id est realiter: id est vere cognoscit. f Qui aūt in multis fatuus est: id est inexpertus vel inscius. g Multiplicabit maliciam: quia cū ad multa intendat: et ad nulla cor applicat/in omnibus errat. Ideo dictum est. s. xj. b. Fili ne in multis sint actus tui. Glo. sic exponit: f Qui in multis fatuus est: id est mente mutabilis: actione instabilis: fide non firmus: g Multiplicabit maliciam: id est varios hęreticorū sequetur errores: et multis seruiet impietatibus ⁊ peccatis. h Qui temptatus non est: id est tribulationib⁹ exercitatus ⁊ examinatus: i Qualia scit: q. d. et si aliqua vidit/nescit vere qualia sunt. Multa enī bona vident inexpertis: quę ab expertis mala iudicantur. k Qui implātatus est: id est in scripturis ⁊ moribus infundar⁹. Vel/ Qui implātatus est: id est inconstans ⁊ mutabilis: l Abūdabit nequitia:

id est de cogitatiōe

id est de cogitatione corruit in delectationē: de delectatione in consensum/de consensu in opus: de opere in ꝓsuetudinē: de ꝓsuetudine in desperationē. Unde.s.ij.c. Uę his qui pdiderūt sustinentiam: et qui dereliquerūt vias rectas t diuerterūt i vias prauas. Ex serie ipsa litterę patet q̄ soli iusti temptari dicuntur: qui p iusticia sustinent tribulationes/ siue ex carne/ siue ex mundo/ siue a dęmone. Aduersus hęc tria regna sancti cōtinuam pugnā habent. Ūn Heb.xj.f. Sancti per fidem vicerunt regna. Job.vij.a. Militia est vita hois super terram. Ut aūt facilius credat auctori: dicit se in multis expertū: et ideo dignū fide. a Multa vidi i.intelleri: b Enarrādo.i. per enarrationē alioꝝ. c Et plurimas verboꝝ ꝓsuetudines.i. diuersos modos loquendi: quibꝰ ꝓsueuerūt loqui doctores in diuersis facultatibꝰ t in diuersis terris. d Aliquotiens vsq̄ ad mortem/corpis: e Periclitatꝰ sum.i. fatigatus et periculo mortis expositꝰ: f Mozū causa.i. vt addiscerē hęc. Sic narrat Hieroꝰ de platone: q̄ athenis magister extiterat et potens: cuiꝰ doctrinā academię gymnasia ꝓsonabant: t tū peregrinꝰ t discipulus factus/malens aliena verecūde discere q̄ sua impudenť ingerere. Unde Jaco.iij.a. Nolite plures magistri fieri fratres mei. g Et liberatꝰ sū gr̄a dei: non sapięcia vel fortitudine ꝓpria. Pš. Clamauerūt iusti et dns exaudiuit eos: et ex oībꝰ tribulatiōibꝰ eoꝝ liberauit eos. ij.Pet.ij.b. Nouit deꝰ pios de temptatiōe eripe. h Spiritus timentiū deū querit.i. timens deū spūali timore querit a deo vel ab ecclesia.i. approbat a deo: vel quęritur q̄ rarus est: vel queritur.i. conquritur de seipso. Pš. Quare tristis es aīa mea t quare ꝓturbas me. Et de deo. Deus deꝰ meus respice in me: q̄re me dereliquisti. i Et in respectu illiꝰ.i. dei/actiue.i. si respiciat deū oculo fidei: vel passiue id est si respiciat a deo oculo misericordię. k Bñdicet/ spūs timentiū eterna bñdictione. Pš. Oculi dñi sup iustos. Uel/ i Jn respectu illiꝰ bñdicet.i. bonꝰ dicet.i. bonꝰ efficet: et eterna bñdictiōe dignꝰ. Et ē iste respectꝰ miscōię gr̄ę collatio. Joh.j.f. Intuitꝰ eū iesus dixit ei: tu es simon filiꝰ iohānā. Luc.xxij.g. Cōuersꝰ dns respexit petr̄: t recordatꝰ ē petrꝰ ꝙbi dñi. l Spes eiꝰ illoꝝ.i. timētiū deū. m In saluantē illos.i. in deū/nō in mūdū. Pš. Sic oculi ancillę i manibꝰ dnę sug: ita oculi nr̄i ad dn̄z deū nr̄m donec miserēat nostri. n Et oculi dei in diligētes se. Pš. Oculi dñi sup iustos. Et alibi. Jn via hac q̄ gradieris firmabo sup te oculos meos. Etiā in malos sunt oculi dñi: q: tā bonos q̄s malos respicit dns. Prouerb.xv.a. Jn omni loco oculi dñi ꝓtemplant bonos t malos. Sed bonos ad remunerandū in glozia: malos ad puniendum in gehenna. o Qui timet dñm/filiali timore: p Nihil trepidabit/timore humano vel mūdano vel timore passiōe: licet timore ꝓpassione sīue naturali mortē timeat. Prouerb.xxviij.a. Justus q̄si leo confidens/absq̄ terrore erit. Jtē.xxx.d. Leo fortissimꝰ aīalium ad nullius pauebit occursum. Hinc dicit dns discipulis/ Matth.x.c. Nolite timere eos q̄ occidūt corpus. Et Luc̄. xij.a. Nolite timere pusillus grex. q Et non pauebit q̄n ipse: id ē deus: r Est spes eius: id est timentis deum. De quo subdit: s Timentis deum/filiali vel initiali timore: t Beata est anima eius/ in brītudine vię: tandez beatitudine patrię. ē.j.b. Timor dñi glozia t gloziatio t lętitia t corona exultationis. Jtem.ē.xxv.b. Beatꝰ cui datum est timere deum. v Ad quem respicit/deus nisi ad trementē se. Esa.lxvj.a. Ad quem respiciaz nisi ad pauperculū et humilē t cōtritū spiritu t trementē sermones meos:

Jtem/ad quē respicit/time ns deum: nisi ad deū: x Et quis est fortitudo eius: nisi deus. ij. Reg̃. xxij.a. Dñs petra mea t robur meū. y Oculi dñi: id est miserationes dñi. z Super timētes eū: sicut oculi matris sup filiū suum: vt si forte ceciderit/statim eleuet eū: vel a casu p̄cauear. Et post subiungit auctor vndecim bona q̄ facit dñs timentibꝰ se/ dicens: a Protector potentię: id est protector potens ē dñs timentiū se/ protegens eos potenter ab omni aduersitate. Ul/ Protector potentię: id est protegens potentiam quaz dedit timētibus se: ad bene agendum/ad declinandū a malo. Unde Pš. Protector no ster aspice deus. Uel/ Protector potentię: id est contra potentiam malignoꝝ spirituū. b Firmamentū virtutis: id est firmans t confortans virtutem collatā timentibus se: vel dans firmamētū virtuti. Multorum enī virtus debilis est: q: nō habet firmamētū. Pš. Dñs firmamentū meū. c Tegimen ardoris: id est contra ardorem cōcupiscētię et diabolicę inflāmationis. Nō enim cessat diabolus suffla/re t incendere prunas concupiscētię ī nobis. Unde Job.xlj. b. Halitus eiꝰ prunas ardere facit: t flāma de ore eiꝰ egredit: id est inflāmans suggestio: q̄ nos oēs incēderet nisi dns p̄staret tegimen ardoris. Esa.iij.b. Sup oēm gloziā ꝓtectio et tabernaculū et vmbraculū diet ab ęstu: et securitatē t absconsionē a turbine t a pluuia. Tria ponit. Ab ęstu inflātis suggestiōis diaboli: a turbine mūdi: a pluuia.i. tribulatiōe carnis. d Et vmbraculū meridiani.i. refrigeriū ꝺ ęstū ꝓsecutionis vrentis t feruentis/sic̄ sol feruet in meridie. Ūn Pš. Jn sole: id est in feruente ꝓsecutione/posuit tabernaculū suū: id ē corpus suū. Uel/ Umbraculū meridiani: id est refrigerium contra incentiua libidinis. Et videtur auctor tangere quattuor genera temptationū: quę tangit Pš. ibi: Nō timebis a timore nocturno t̄c. Primū temptationis genus: leue/sed occultum: qō dicitur timor nocturnus. Contra hoc est protector potentię. Secundū genus temptatiōis leue/ꝫ apertum: et dicitur sagitta volās in die. Cōtra hoc est firmamentū virtutis. Tertium genus temptatiōis est graue t occultum: qō dicitur negociū perambulans in tenebris. Contra hoc est tegimē ardoris. Quartū genus temptationis dz graue t apertum: qō dicitur incursus t dęmonū meridianū. Cōtra hoc est vmbraculū meridiani. Et ita patet q̄ dns auctor est in omni temptatiōe. Unde.ij. Pet.ij.b. Nouit dns pios de temptatione eripere. Et Pš. Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum. e Deprecatio offensionis: id est deprecabilis super offensiōe peccatoꝝ: vel deprecās patrem pro offensiōe hoim. Ipse eni est aduocatꝰ humani generis apud patrē: vt dz.j. Joh.ij.a. Aduocatū habemꝰ apꝺ patrē iesū christū iustū. Glo. sic exponit: e Deprecatio offensiōis: id ē ꝓpitiatio ꝓ pctis nr̄is. Ūn.j. Joh.ij.a. Ipse ē ꝓpitiatio ꝓ pctis nr̄is. Daniel.ix.b. Tibi dño deo nr̄o misericordia t ꝓpitiatio. f Et adiutoriū casus: id est iuuās per gratiā: et prędcauēs a casu peccati vel inferni: vel eleuans a casu/si forte ceciderint timentes eum. Unde Pš. Adiutor in opportunitatibꝰ in tribulatione. Prouer.xxiij.b. Septies cadit iustus t resurgit. g Exaltans aiam/ī creatione: quia creat eam ad imaginē t similitudinē suā. Jn recreatione/reformādo imaginem t restituēdo similitudinē. Jn ꝓgressu vitę/perducendo ad perfectionē virtutum. Exaltans aiam/timentiū se attentius per cōtemptum ad cęlestia per desiderium. j. Reg̃. ij.b. De stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibꝰ: et solium glozię teneat. h Et illuminans oculos/mentis ad cognoscēdū deū/se/et prozimū. Deū/ne

Al. ꝙdē

In plogo bibliē ca.i.

Pš.33.

Pš.41. Pš.21.

Pš.122.

Pš.33. Pš.31.

Al. ꝙqui

Pš.85.

Pš.17.

Pš.90.

Quattuor genera tēptationū

Pš.90.

Pš.18.

Pš.9.

ximũ. Deũ/ne desperet. Se/ne supbiat. Proximũ/ne lędat.

Ps.12. Ps. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in mor/te. a Dans sanitatem/ impassibilitatis. b Et vi/tam/ imortalitatis. c Et benedictionẽ/ęternę heredi/tatis. De q̃ Mat.xxv.c. Venite bñdicti. Vel sic: a Dãs sanitatem/ naturę:

14.q.5.c. Imolãs Deut.15.b

quia sanabiles fecit na/tiones: Sap. j.d. b Et vitam/gratię. c Et benedictionẽ/

† Ps.132. glorię: quia illic man/dauit dñs benedictio nem & vitam vsq; i sę culum. Ecce vndecim bona quę facit dñs ti/mentib⁹ se: Et duode cimũ est fortitudo: de

14.q.5.c. scriptũ

Al. † oblatiões quo ꝑdixerat: Quis est fortitudo eius. q.d. ipse est fortitudo ei⁹. Et notãd⁹ ẽ ordo & pcess⁹. Fortitudo ẽ dñs: q; dat fortitudinẽ: & nõ tm̃ dat: sed etiã ptegit. i. ꝓseruat & ꝓfirmat. Vñ cũ dixisset: Quis ẽ fortitudo ei⁹/ subiũxit statim: Protector potẽtię: firmamẽtũ virtutũ. Itẽ iu/uat cõtra temptationes et suggestiones hostis: Nam sequi/tur: Tegimẽ ardoris: & vmbraculũ meridiani. Itẽ orat ꝓ nobis: et releuat a casu: Unde sequitur: Deprecatio offensionis & adiutorũ casus. Item dat gratiam bonę ꝑuersationis: et lumen ꝓemptationis: Unde sequitur: Exaltans animam: & illuminãs oculos. Item dat sanitatem ꝓscientię: et vitam gratię: et benedictionẽ glorię: si cut dictum est. d Immolantis ex iniquo/ lucro: vt ẽ vsura/ furtum/ rapina: et huiusmodi: e Oblatio est ma/culata/ coram deo: non q̃ ipsum oblatum sit maculatũ: sed actio offerentis/ peccatum est: quia rem alienam quasi suam dat: & facit se impotentem restituere. Sed contra. Luc. xvj. c. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. Sol. Iniquum tribus modis dicitur. Iniquũ enim est iuste acquisi/tum. Item iniuste retentum. Item vtroq; modo. De ꝓmo iniquo potest fieri elemosyna/ siue oblatio: vt de meretricio. De secũdo et tertio nõ: verbi gra: de vsura et furto & hmõi. Unde q̃ dicitur Luc. xvj. intelligit de iniquo ꝑmo modo: q̃ autem hic dicitur/ intelligit de iniquo secũdo modo & ter/tio. Uerũtñ sciendũ est q̃ vno modo potest fieri oblatio siue elemosyna grata deo/ de quolibet iniquo. s. per restitutionẽ. Sed contra hoc q̃ dictum est. s. q̃ de meretricio potest fieri oblatio: videt dici cõtrariũ Deut. xxiij. c. Non offeres mer/cedem prostibuli. Sed dicim⁹ q̃ moyses hoc dicit in suggil/latiõe peccati: & ne per oblationẽ huiusmodi crederet ille vel illa satisfeciſſe. f Et non sunt beneplacitę subsanna tiones iniustorũ: id est oblationes de alieno: quib⁹ videt offerẽs deũ deridere offerẽdo q̃ nõ est suũ: et ꝑ hoc volens eũ placare: cũ dicat Prouer. iij. b. Honora dñm de tua substã/tia. Et Esa. lviij. c. Frãge esurienti panẽ tuũ: nõ alienũ. Ideo dicit salomon Prouer. xv. b. Uictimę impioꝝ abominabiles dño. Itẽ Prouer. xxj. d. Hostię impioꝝ abominabiles sũt q̃ offerũt ex scelere. g Dñs sol⁹/ supple adest q̃si adiutor fide/lis. h Sustinẽtib⁹. i. expectãtib⁹. i Se/ deum. s. k In via veritatis & iusticię. i. in vera fide: q̃ ẽ via ☧itatis: & in vera pœnitentia quę est via iusticię. Esa. xxxj. a. Uę qui des/cẽdunt in ęgyptũ ad auxilium in equis sperantes. l Do/na iniquorum: id est de iniquo data: m Non ꝓ/bat altissimus: sed reꝓbat. n Nec respicit in ob/lationibus iniquorũ: id est non suscipit oblationes ab iniquis: Sicut dicit de cain. Gen. iiij. a. Et non respexit de/us ad cain nec ad munera eius. o Nec in multitudi/

Al. †iustorũ ne sacrificiorum/ talium: id est ministrorũ qui offerunt: nec tm̃ peccata dimittunt: p Eorum ꝓpitiabit pec/catis: vt per hęc sacrificia deleantur. Dona/ dicit: quę pau/peribus erogantur. Oblationes: quę altari vel ministris ec/clesię offerũtur. Sacrificia: quę dño immolantur. Nullũ isto/rum si fiat i peccato mortali vel ex iniquo/ valet ad salutẽ: vel pctoꝝ remissionẽ. Esa. j. c. Quo mihi multitudinẽ victimarũ vestrarũ dicit dñs: plen⁹ sũ. q Qui offert sacrificiũ ex substantia paupe rũ: quasi qui vic/timat filium in cõ/spectu patris sui: id est abominabile est huiusmodi sacrificiũ. Unde Glo. Valde de testabile est sacrificiũ q̃d ozbati patris dolo ri cõparat. Sed sub/stantia pauperum est quicquid superabun/dat: ergo peccat qui illud offert. Rñsio. Lo/quit de rapto vel de furto. Unde sic debet itelligi. Qui offert: tẽplo vel mĩstris: r Sacrificiũ ex substãtia paupeꝝ: rapta vel furata. s Quasi q̃ victimat filiũ in ꝓspectu ꝑis sui: q; offendit deum: sustẽrationẽ pauperũ auferendo eis. Rabanus. Quidã quanta largiuntur respiciũt: sed quã/ta rapiũt nõ attendunt: et ideo quę largiunt in sacco pertuso reponũt. Prouerb. vj. d. Zel⁹ & furor viri non parcet in die vindictę: nec acquiescet cuiusq; precibus: nec suscipiet ꝓ re/demptione dona plurima. t Panis egentium: id est est cibus qualiscunq;. v Uita pauperis est: id est su/stentatio vitę. x Qui defraudat illum/ pauperem au/ferendo sua: vel retinendo mercedem laboris eius: y ho/mo sanguinis est: id ẽ homicida: quia subtrahit ei victũ. Unde Aug⁹. Pasce fame morientem: si nõ paueris/ occidi/sti. Multo fortius qui victum subtrahit. Leuit. xix. c. Non morabitur opus mercennarij tui apud te vsq; mane. Deut. xxiiij. c. Non negabis mercedem indigentis & pauperis fra/tris tui: sed eadem die reddes ei ꝓcium laboris sui ante so/lis occasum: quia pauper est/ et ex eo sustẽtat animam suam: ne et clamet contra te ad dñm: et reputetur tibi in peccatum. Nota quattuor peccata quę ꝓpter enormitatẽ dicunt cla/mare ad deum. Homicidiũ. Gen. iiij. b. Ecce vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. Job. xvj. d. Terra ne operias sanguinem meum: nec inueniat locum latẽdi clamor meus. Ite oppressio pauperum. Exo. ij. d. Ingemiscentes fi/lij israel vociferati sunt: ascenditq; clamor eorũ ad dñm ab operibus. j. xxxv. c. Nonne lachrymę viduę ad maxillam descendunt & exclamatio eius super deducentem eas: Item peccatum sodomiticum. Gen. xviij. c. Clamor sodomorum et gomorrẽorum multiplicatus est: et peccatum eorum ag/grauatum est nimis: descendam & videbo vtrum clamorem q̃ venit ad me opere compleuerint. Item detentio vel defrau/datio mercedis mecennariorũ. Jaco. v. a. Ecce merces ope/rariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras quę fraudata est a vobis/ clamat: & clamor eorum in aures dñi sa baoth introiuit. Sequitur: z Qui aufert in sudore panem: id est substantiaz in sudore acquisitam: a Quasi qui occidit ꝓximũ suum: quia aufert ei victum suũ. b Qui effundit sanguinem: id est homicida. c Et qui fraudem facit mercennario: mercedem eius reti/nendo: d Fratres sunt: id est similes in scelere. Unde Glo. Maximum peccatum est: id est magnum: q̃ homici/dio comparatur. e Unus edificans: id est pauper sibi necessaria vitę laboze acquirẽs. f Et vnus destruens: id est raptor substantiam illius auferens: g Quid ꝓ/dest illis nisi labor: Tñ ꝓdest paupi si patiẽter sustine/at rapinam bonorum suorum: sed raptori nõ ꝓdest labor suus: immo nocet. Aliter potest intelligi et melius. Posset eni aliquis dicere: Licet non ꝓsit oblatio offerenti de alieno: ꝓ

dest tñ videntibus:

Quattuor ꝓ clamãtia ad

dest tñ vidētibus/qui inde ędificantur: prodest ꝛ pauperib⁹ qui inde sustentant: et ideo non oīno reprobanda est huius/modi oblatio. Et ostendit auctor p simile: q̄ hoc nihil est: qz si vnus ędificaret ędificiū aliq̄d: et alius secūda die destrue/ret q̄cq̄d ipse ędificasset p̄ma die: vtq̄ laborare/ret iste ędifican/do/ille destruendo: et si ita semp faceret/ nihil vtilitatis reportarent: quia nihil operis staret nisi labor ędificandi ꝛ destruēdi. Eodem modo est in oblatione de alieno: offerens enim alienum est vnus ędificans. s. proximū videntem: et ipse idem est vn⁹ destruens pauperem. s. cui aufert substantiam suam. Et hoc est: Vn⁹ ędificans: id est raptor offerens alienū. Et vnus destruens: id est raptor rapiens alienū: Quid prodest illis: id est offerenti et rapienti alienum: Nisi labor/quem habet et offerendo et rapiendo. Vel sic: Vnus ędificans. i. vn⁹ diues de vsura vel de rapina potēs et abbatias ędificans. Et vnus destruens: id est pauper contra deum de paupertate vel infirmitate murmurās: Quid prodest illis nisi labor: q.d. vtriusq̄ labor inutilis est et pēnalis. Mystice. Vnus ędificans/verbo. Et vnus destruens/exemplo. Quid prodest illis: id est illi bene loquenti ꝛ male viuēti. Nisi labor/in vtroq̄: et labor pēnę ęternę quē sibi merentur. Unde in libro Prosperi. Bene loqui ꝛ male viuere: nihil aliō ē q̄ se sua voce dānare. a Et⁹ orans: id est diues offerens alienum p̄ facto suo deū benedicens: b Et vnus maledicens: id est pauper spoliatus querimoniā suam contra raptorem ad deum dirigēs. c Cuius vocem exaudiet dominꝰ: id est ad effectum exaudiet: Certum est q̄ vocem pauperis spoliati. Unde ꝰ.liij.a. Non relinquas quērentibus tibi retro maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illi⁹. Et. j. xxxv.c. Deprecationē lęsi exaudiet dñs. d Qui baptizatur a mortuo: id est qui mūdat a peccato aqua compūctionis. e Et iterum tangit mortuum/iterum rediēs ad pcm̄/vt canis ad vomitū: f Quid proficit lauatio illi⁹: Nihil: quia sequēs culpa ꝓpriētiā perdit. Iere. ij. g. Oꝛ vilis facta es nimis iterās vias tuas. Prouer. xxvj. b. Sicut canis qui reuertitur ad vomitū suū: sic imprudens qui iterat stulticiam suam. Raban⁹. Post lauacrū mūdus esse negligit: qui post lachrymas vitę innocētiā nō custodit. Vñ Esa. j. e. Lauamini mūdi estote. g Sic homo qui ieiunat in peccatis suis: id est pro peccatis suis. h Et iterum eadem faciēs/vel alia. i Quid proficit humiliando se: per ieunia ꝛ vigilias: ꝛ ceteras abstinentias: cum non abstineat a peccatis: quę est vera abstinentia. Esa. lviij. b. Munquid tale est ieiuniū q̄ō elegi p diem/affligere hominē animā suam: Mūquid contorquere q̄si circulum caput suum ꝛ saccum ꝛ cinerē spargere: Munquid istud vocaui ieiunium et diem acceptabilem dño: Nonne h̄ est magis ieiuniū q̄ō elegi: Dissolue colligatiōes impietatꝫ. k Orationem illius quis exaudiet: q.d. deꝰ nō exaudiet illam: quia nubes peccati interposita est: quę non sinit eā transire ad deum. Thren. iij. e. Opposuisti nubē tibi: ne trāseat oratio.

Expositio Capituli. XXXV

Qui conseruat verbum ꝛc. Hoc capitulum in tres partes diuisū ē. In p̄ma parte hortat auctor ad opa misericordię p quę lex implet. In secūda dehortat ab iniustitia ꝛ iniuria proximi: ibi: Noli offerre munera. In tertia hortatur ad orationē: quę est quasi custos aliox duo/rum. Unde Ps. Diuerte a malo ꝛ fac bonum: inquire pacē: ibi: Qui adorat deū ꝛc. Dicit ergo: l Qui ꝓseruat: id ē corde simul ꝛ ope seruat: m Verbum: id est mandatum charitatis/siue legē: quia ex mandato charitatis tota lex dependet: Mat. xxij. d. Unde Ro. xiij. c. Qui diligit proximū legē impleuit n Multiplicat orationem: q̄ orat corde/ore/et opere. Vel/ Multiplicat orationem: quia multos p se facit orare: totā scilicet ecclesiā: ꝛ specialiter quibus suffragatur. Vel/ Multiplicat orationez: id est multā vim confert orationi suę. Illa enim oratio efficax ē: quę bonis operibus adiuuat. Unde Tob. xij. b. Bona est oratio cum ieiunijs ꝛ elemosynis. Et hęc tria cōmendat dominus Matth. vj. o Sacrificium salutare: id ē salutis effectiuū: p Est attendere mandatis: id est attente implere mandata dei/mozalia: nam cerimonialia in onus data sunt ad tempus. Miche. vj. e. Holocaustomata vestra nō sūt accepta: victimę vestrę nō placuerūt mihi. q Et discedere ab omni iniquitate. q.d. solum sacrificium in duobus consistit: in adimpletione madatorū: et declinatiōe prohibitionū: siue in opatione boni ꝛ declinatiōe mali. r Et propitiationē litare sacrificijs: id est cor cōtritum ꝛ humiliatum. s Super iniusticias: id ē pro iniusticijs. Hoc inquā est salutare sacrificium. Unde Ps. Sacrificiū deo spiritus contribulat⁹ cor contritū ꝛ humiliatū deꝰ nō despiciet. t Et deprecatio p peccatis/p̄teritis dimittendis vel pro futuris p̄cauēdis est salutare sacrificiū. Item/ v Recedere ab iniusticia/mente et ope: sine quo vana est deprecatio: est salutare sacrificiū. Esa. j. e. Quiescite agere peruerse: discite bene agere. Sed nūquid idē est discedere ab iniq̄tate ꝛ recedere ab iiusticia: Cur igit vni dicto subiūgit alterū: Responsio. Differt iniquitas et iniusticia: Nam iniquitas dicit respectu dei: iniusticia respectu ꝓximi: peccatū vero etiā respectu sui. Unde Ps. Peccauim⁹ cū p̄ib⁹ nr̄is: iuste ꝑgim⁹: iniq̄tatē fecim⁹. Peccauim⁹ i nos: iuste ꝑgim⁹ i ꝓximos: iniq̄tatē fecim⁹ in deū. x Retribuet gr̄am. i. gratū mun⁹ deo exhibet: y Qui offert similaginē. i. eucharistiā de similagine factā q̄ ad speciē: q̄ est farina delicata. Vel/ Similaginē. i. subtilē pcōz cognitionē. Vel/ Similaginē. i. ꝓscientię puritatē. Leuit. ij. a. Anima cū obtulerit oblationē sacrificij/simila erit ei⁹ oblatio: fūdetq̄ sup eā oleum et ponet thus. Tria dicit: Similā/oleū/thus. Similā purę ꝓscientię/ad seipsū. Oleū misericordię/ad ꝓximū. Thus deuotionis/ad deū. z Et q̄ facit misericordiā. i. op⁹ misericordię. a Offert sacrificiū: Nā qō pauper dat/deo offert. Mat. xxv. d. Oꝛ diu fecist vni ex frib⁹ meis mīmis: mihi fecist. b Bñ placitū est dño recedere ab iniq̄tate: mēte/ ꝛ ope: qō facit timor dñi. Job. xxviij. d. Ecce timor dñi ipse ē sapia: et recedere a malo intelligētia. i. timor dñi facit recedere a malo: qō est initiū sapię ꝛ intelligētię. c Et deꝑcatio p pctis: dimittēdis vl p̄cauēdis/ē bñplacitū deo. Itē/ recedere ab iiusticia. i. ab iniuria ꝓximi/bñplacitū ē dño. Quidā sic exponūt: Deꝑcatio p pctis ē recedere ab iiusticia: q̄ q̄ orat vt sibi pcta dimittant/si vere orat. i. ex corde/fugat pcta. d Nō appareb añ ꝓspectū dñi. i. i cōscientia vt sol⁹ deꝰ respicit vacuꝰ oleo charitat⁹: sic fatuę ꝯgines: Mat. xxv. Vl Nō appareb añ cōspectū dñi/in die iudicij. e Lacuus/fructu bonoꝝ operꝝ. f Hęc enī oia/q̄ dicta sūt. s. recedere ab oīi iniq̄tate; facere misericordiā/offerre sacrificiū ꝛc.

a Propter dei mandatū/adimplēdū: b Fiunt.i. fieri debēt.i. dñs hęc oīa mādauit fieri. c Oblatio iusti .i.elemosyna ō iusto laboze oblata deo: d Impinguat oleo exultatiōis. e Altare.i.mentē ipsi⁹ offerētis: quę est altare dñi: in quo iugiter offerr deo sacrificiū acceptum spūs cōtribulat⁹. Item/ c

Oblatio iusti: id ē opus iusticię oblatū deo: d Impinguat altare/ fidei.i. robo/rat fidem. Mā fides si ne opib⁹ mortua ē. Ja co.ij.d. f Et odor suauitatis: ex tali ob latiōe: g In ꝓspe ctu altissimi.i.in se/creto cordis vbi solus altissim⁹ ꝓspicit. Ba gna enī suauitatis dul cedo oritī corde recte et iuste operātis. Uñ Ps. Lux orta ē iusto ꝛ rectis corde lętitia. Et alibi: In custodiē/dis illi⁹ retributio mul/ta. Uel sic: c Ob/latio iusti/est/odor suauitat⁹ i ꝓspec/tu altissimi.i.placēs et accepta cozā deo. Simile Gen. viij.d. Edificauit noe al/tare dño tollēsq; de cūctis pecoꝛib⁹ ꝛ volucrib⁹ mūdis obtu/lit holocausta sup altare: odoratusq; ē dñs odorem suauita/tis.i.placuit ei. Et acceptū fuit illud sacrificiū: Uñ hic sequ: b Sacrificiū iusti.i.mun⁹ bonoꝛ operū. i Acceptū est/cozā deo. k Et memoriā eius: iusti vl sacrificij ei⁹: l Nō obliuiscēt dñs: imo semp recognoscet eū vt filiū ꝓpriū. Ps. In memoria ęterna erūt iusti. Prouer. x.b. De/moria iusti cū laudib⁹. m Bono animo.i. bona volun/tate ꝛ recta intentione. n Gloriā redde deo.i. laudes et gratiārū actiones et opa bona/ vñ deus glorificēt: hoc enim debem⁹ deo. Uñ Matth. v.b. Sic luceat lux vra cozā hoi/bus vt videant opa vra bona: et glorificēt patrem vrm q̄ in cę/lis est. Uel m Bono animo.i. cozde simplici ꝛ deuoto: n Redde gloriā deo.i. peccati cōfessionē q̄ est glia deo. Uñ Josue. vij.c. dixit ad achoꝛ: Fili mi/da gloriā dño deo isrl: et cōfitere atq; indica mihi q̄d fecerī. o Et nō minu/as ꝓmittas manuū tuaꝝ.i. q̄s manib⁹ ꝓpꝛijs laboꝛasti.i. nō min⁹ debito offeras. Ul' Nō minuas.i. de peioꝛib⁹ nō offeras: sic cain: Gen. iiij.a. Uel/ Nō minuas ꝓmittas manuū tuaꝝ.i. oblatiōes ꝛ elemosynas cū tristicia vl' mur mure/ vel tarde vl' cū moza dādo. Exo. xxij.d. Decimas ꝛ ꝓ/mittas nō tardabis offerre. Primitias ꝛ decimas offert deo mysticas: q̄ initiū ꝛ ꝓfectionē bonoꝝ opeꝝ deo attribuit: ꝓpt q̄ etiā caput et cauda ꝓcipiunt in sacrificio igne cōburi. p

Primitias/etiā/manuū suarū/minuit: q̄ de opib⁹ bonis laudes humanas vel cōmodū tpale q̄rit: quę ętno ꝓmio po/terāt remunerari. q In omni dato: cordis/oris/ꝛ opis: r Hilarē fac vultū tuū.i. hilarit da quicquid dabis. ij. Cor. ix.b. Unusq̄sq; ꝓut destinauit i corde suo nō ex tristicia aut necessitate: Hilarē enī datoꝛē diligit de⁹. s Et i exul/tatiōe: cordis/oris/et opis: t Sctifica decimas tuas .i. sanctiores fac ad fruēdū de meliori/et hilarit.i. ad dei glo/riā offerēdo. v Da altissimo ꝟm donatū ei⁹.i. ꝟm q̄ decet esse datū ei⁹: vel ꝟm q̄ tibi dedit: si multū dedit: multū da: si exiguū dedit/exiguū da. Mā ꝟm q̄ dedit h/acceptū est donū ei⁹: dūmō bona volūtate ꝛ recta itētiōe tribuat. Uñ ō vidua paupcla q̄ minuta duo misit i gaçophylatiū: dixit dñs Luc. xxj.a. Amē dico vob: q̄ hec vidua paup pl⁹ q̄s oēs misit. Tob. iij.b. Quō potuerī ita esto misericoꝛs: si multū tibi fue/rit abūdanter tribue. Eccl. xlij.b. Fili si habes/ bñ fac tecū: ꝛ deo

a nia ꝓpter mandata dei fi/ant. Oblatio iusti ipinguat b altare: et odor suauitatis ē in c cōspectu altissimi. Sacrifi/cium iusti acceptū est: et me/ d moriam eius nō obliuisce/ e tur domin⁹. Bono animo f gloriam redde deo et nō mi/ g nuas primitias manuū tua/ h rum. In omni dato hilarem i fac vultum tuū: ꝛ in exulta/ k tione sanctifica decimas tu/ l as. Da altissimo ꝟm donā/ m tum ei⁹: et in bono oculo ad/ n inuentionem facito manuū o tuarum: quoniam dñs retri/ p buēs est: et septies tātū red/ q det tibi. Noli offerre mune/ r ra praua: nō eni suscipiet s illa. Et noli inspicere sacrifi/ t cium iniustum/ quoniā dñs v iudex est et non est apud il/ x lum gloria persone. Nō ac/ y cipiet dñs personam in pau/ z perē/ et deprecationē lęsi ex/ & audiet. Nō despiciet pre/ ces pupilli: nec viduā si ef/fundat loquelam gemitus. Nonne lachrymę viduę ad maxillam descendunt: et ex/clamatio eius super deducē/tem eas? A maxilla eni ascē/dūt vsq; ad cęlū: et dñs ex/ auditor nō delectabit in ill.

Al. ꝟmādatū

2. Cor. 9.b.

Ps. 96. Tobie. 4.b. Al. ꝟdatū Ps. 18.

Ps. 111.

dignas oblatiōes offer. Ul' sic: Da altissimo ꝟm donatū ei⁹.i. sic̄ se ꝛ sua dedit tibi: ita te et tua da ipsi. Esa. ix.b. Filius dat⁹ ē nob. Prouer. xxiij.c. Fili da mihi cor tuū. Multi sūt q̄ dant sua deo/ & se dant diabolo. p Et i bono oculo ad/ inuētionē facito manuū tuarū.i. bona et recta intētiōe ꝓfice bona q̄ excogi/tasti ad laudē dei. y

Uñ dñs retribu/ens est. Eccs. xj.a. Mitte panē tuū sup trāseūtes aq̄s: ꝛ p⁹ mul ta tpa inuenies illū. z

Et septies tantū reddet tibi.i. ꝓfectā remunerationez: tres dotes aię ꝛ q̄ttuoꝛ coꝛ pis. Septēnarius em q̄ septē dona spūsci demōstrat/ pfect⁹ ē: et q̄ iteriorē ꝛ exteriorē hois substātiā/ cōpre/hēdit i ternario aiam in quaternario coꝛ/pus. a Noli offer/re munera praua: id ē male adepta/ma/le retenta/ vel malo fi/ne. b Nō eni su/scipiet illa/ deus.i. nō habebit accepta. Deut. xxiij.c. Nō offeres mercedē ꝓsti/buli. Uel sic: a Noli offerre munera praua.i. peiora de tuis: sic̄ cain. b Nō eni suscipiet illa.i. nō placebūt illi. Malach. j.d. Maledict⁹ dolosus q̄ habet in grege suo masculū ꝛ votū faciens imolat debile dño. c Et noli in/spicere.i. approbare. d Sacrificiū iniustū. i. de iniu/sto vel iniuste oblatū. e Uñ dñs/q̄ oīa videt: ꝛ oīa pōt: f Judex est/iust⁹: reddēs vnicuiq; ꝟm opa sua: Et etiā te/stis fidelis. Hiere. xxix.f. Ego sum iudex ꝛ testis dicit dñs. g Et nō est apud illū gloria psonę.i. nobilitas gene/ris: vel fortitudo aut pulchritudo coꝛpis vel diuitię vel q̄/cunq; aliud ꝓpter q̄ glorioси videnī hoies apud mūdū. Hęc eni apud deū nō faciūt glorioсū: sed magī ꝟtutes. Uñ Rab. Apud deū nō est quātitas munerī nec psona potentis aspicit: sed discretio ꝛ humilitas cordis. Hiere. ix.g. Nō glo/rietur sapiēs in sapia sua: et nō glorietur fortis in fortitudine sua: et nō glorietur diues i diuitijs suis. Sequit: b Nō accipi et dñs psonā/ diuitī vel potēti: i In paupem.i. ꝓtra paupem: q̄ iust⁹ dñs et iusticias dilexit: ęqtatē vidit vultus eius. Act. x.c. In veritate cōperi q̄ nō est psona acceptor de⁹. Ro. ij.b. Nō est psonarū acceptio apud deū. Prouer. xviij.a. Accipe psonā impij in iudicio non est bonū. Leuit. xix.c. Nō ꝓsideres psonā pauꝑis: nec honoꝛes vultū poten/tis. k Et deprecationē lęsi/ pauꝑis factā ꝓtra diuitē vel potentē: l Exaudiet dñs. Uñ. s. xxj.a. Deprecatio pau/per⁹ ex oze vsq; ad aures pueniet ꝛ iudiciū festinato aduenie/t illi. m Nō despiciet preces pupilli/ de vltione sumē/da. n Nec viduā/ oppressam. o Si effundat loq̄/lam gemitus/ꝓtra oppressoꝛes ei⁹. p Nōne lachry/mę viduę/ oppresse: q Ad maxillā descendūt/ actu: sed ascēdūt effectu in cęlū. r Et exclamatio ei⁹.i. viduę oppresse ꝓgrent⁹ de oppressoꝛe: s Sup deducētē eas/i q̄ oppressoꝛ q̄ ꝟpt oppressionē facit lachrymari viduā ꝛ pupil/los q̄s oppꝛimit: t A maxilla eni ascendūt vsq; ad cęlū.i. de⁹ q̄ est in cęlis videt eas ad vindicādū. v Et dñs exauditoꝛ q̄rimonię illi⁹. x Nō delectabit in illis/ lachrymis: imo ꝓuocabit ad vindictā cōtra oppressoꝛē. Hec vidua mystice ē eccl'ia: quā oppꝛimūt hęretici ei⁹ fidē coꝛrū/pendo: tyranni substantiā eius diripiēdo: falsi fratres moꝛes eius peruertēdo. Plura non habet eccl'ia nisi fidem/res/ꝛ moꝛes: et ita oīno oppꝛimitur. Job. xxiij.a. Abstulerūt ꝓ

pignoze bouē viduę.

Ps. 10.

p Qui vnḡ reges.i. achabel ſup ſyriā:ꝛ hieu ſup iſrł.i. p̄ceptū de inūgēdo accipis. q Ad penitētiā.i. ad vltionē ꝛ punitionē idolatrarū. Vterq̄ enī iſtoꝝ multos idolatraſ interfecit: vt patet.iij.Regł.ix.et.x. r Et ꝓphas facis ſucceſſoꝛes/tuos/poſt te.i. p̄phām.ſ. heliſeū: qꝛ merito ꝛ p̄cib⁹ helię datˢ ē heliſęo ſpūs eⁱ⁹ duplex.i. ad duo: ad p̄phetandū ꝛ miracula faciēdū. Et iō foꝛſitan dixit p̄phas plurale p̄ ſingulari. Notādū aūt q̄ helias nec achabel nec hieu vnxit: ſed ſolū de inūgēdo p̄ceptū receꝑit.iij.Regł.xix.c. Vade et reuertere i viā tuā p deſertū in damaſcū: cunq̄ pueneꝛł illuc vnges achabel regē ſup ſyriā:et hieu filiū nāſi vnges regē ſup iſrł:heliſeū aūt filiū ſaphat vnges p̄phām p te. Ipſe nõ aliter vnxit achabel/niſi qꝛ i heliſęo diſcipulo ſuo p̄dixit ipſū regē foꝛe ſyrię.iij.Regł.viij.d. Hieu ſiliť nõ vnxit niſi p quēdā diſcipulū heliſeī:q̄ vnxit eū.iij. Regł.ix.b. Heliſeū ꝛo nõ vnxit:ſz tm̄ palliū ſuppoſuit ei.iij.Regł.xix.d. s Qui receptˢ ē/in cęlū: t In turbie ignis.i. in cõmotiõe aeris ignei ſurſū ſapientł. v In curru eārū igneoꝝ.iij. Regł.ij.b. Ecce curˢ igneˢ ꝛ eq̄ ignei diuiſerūt vtrūq̄ ꝛ aſcēdit helias p turbinē i cęlū/aereū.ſ. in padiſū terreſtrē: vbi ē enoch vſq̄ ad iudiciū:et tūc vēturi ſūt p̄dicare pniaz/ꝛ occidenť ab antichriſto:ſiť legiť Apoc.xj.b. Et Walach.vlť.b. Et de ꝟ ſubdiť. x Qui inſcriptˢ es/in libꝛo p̄deſtinatiõis diuinę. y In iudicijs tpoꝝ.i. vt p̄dices aduētū dñi ad iudiciū vltimis tp̄ib⁹. z Lenire iracūdiā dñi.i. ad leniē dū iracūdiā dñi ꝛ pctōres. a Cõſiliare/vel/recõciliare .i. ad recõciliandū: b Coꝛ pris ad filiū.i. coꝛ dei ad populū iudaicū: vel coꝛ iudaici p̄pli ad p̄plm chriſtianū. c Et reſtituere trib⁹ iacob/ad deū. Walach.vlť.b. Ecce ego mittā vob helią p̄phām anteqū veniat dies dñi magn⁹ ꝛ horribilis:ꝛ conuertet coꝛ patrū ad filios:et coꝛ filioꝝ ad p̄res eoꝝ. d Qui ſūt q̄ te audierūt.i. doctrinę tuę tunc obedierūt. e Et i amicitia tua.i. in tua amicabili doctrina. f Decorati ſūt/decoꝛe ſtrutū ꝛ pnię. De q̄ decoꝛe dic̄ Ps. Confeſſionē ꝛ decoꝛē induiſti:amict⁹ lumie ſicut veſtimēto. g Maz nos vita/nature. h Quum⁹ tm̄/in p̄ſenti. i Poſt moꝛtē aūt/coꝛporis. k Non erit tale nomē nr̄m/q̄le eſt tuū. Ar. †viderūt q.d. nomē nr̄m nobiſcum viuit: et nobiſcū moꝛiť: nomē aūt tuū o helia poſt moꝛtē viuit.i. celebꝛe habetur. Ar. †vectus Prouer.x.b. Memoria iuſti cū laudib⁹:nomē aūt impioꝝ putreſcet. S. xliij.c. Coꝛpa ſctoꝝ i pace ſepulta ſūt:ꝛ nomē eoꝝ viuet i generatiões ꝛ generatiões. l Helias ꝛc. Scda ps/vbi agiť ō heliſęo q̄ petijt vt ſpūs helię mgri ſui duplex fieret in eo.iij.Regł.ij.b. Dic̄ ꝟ Rab. q̄ niſi myſteriū obſeruaſ/nō ē opoꝛtuna petitio: qꝛ nō eſt diſcipul⁹ ſupꝛa mgrm:ſed ſufficit vt ſit diſcipul⁹ ſic̄ mgr eⁱ⁹: Mat.x.c. Jō Rab. myſtice exponit dicēs:q̄ heli/ Myſtice as chriſtū ſignificat: Interp̄tať eni deⁱ me⁹: vł dei donatio: vel dñs aſcēdēs: vel robuſt⁹ dñator. Heliſeus/q̄ iterp̄tať dei mei ſalutare: ſignificat eccleſiā q̄ p chriſtū ſaluať. Dedit helias heliſęo petēdi optionem:qꝛ chriſt⁹ diſcipulis ſuis dixit: Petite ꝛ dabiť vob: Mat.vij.a. Petijt heliſe⁹.i. eccl̄ia: Fiat ſpūs tu⁹ duplex i me.i. duplex gꝛa ſpūſſcti mihi ꝓferať a te: Remiſſio pctōꝝ:ꝛ collatio ſtrutū. Chriſt⁹ ꝛo tm̄ vnū ſpm̄ habuit:qꝛ remiſſiõe pctōꝝ nō eguit:ſ ſtrutū opa feč. Si videris me inquit helias.iij.Regł.ij.b.q̄ tollar a te/erit q̄ petiſti:ſi aūt nō videris/nō erit:qꝛ q̄ recta fide chriſti paſſionē/reſurrectionē/aſcēſionē ꝛc. credit/petitiõis ſuę fructū ſalutarē accipit. Proiect⁹ moꝛtu⁹ i ſepulchꝝ heliſei ad tactū oſſiū eⁱ⁹ reuixit.iij.Regł.xiij.d. Quia q̄ firma fide tāgit moꝛtē chriſti:pticeps ē eⁱ⁹ reſurrectiõis. Vñ Joh.xj.c. Ego ſū reſurrectio ꝛ vita:q̄ credit i me etiā ſi moꝛtu⁹ fuerit viuet. Veruntñ veraciť ꝛ ꝓgrue p̄ōt exponi petitio heliſei:vt ñ q̄rat diſcipul⁹ ſup̄ mgr̄m eⁱ/ꝟ ſic̄ mgr̄:ꝟ modo. Obſecro vt ſpūſ tu⁹ duplex .i. q̄ ē i te ad duo.ſ. ad p̄phandū ꝛ miracula faciēdū/fiat i me: et ita factū ē:qꝛ heliſe⁹ ꝛ p̄pha fuit:ꝛ miracła multa etiā viu⁹ ꝛ moꝛtu⁹ feč:nā duos moꝛtuos ſuſcitauit:vnū viu⁹.iij.Regł. iij.ſ. aliū moꝛtu⁹.iij.Regł.xiij.d. Helias ꝛo vnū ſolū ſuſcitauit viu⁹.ſ. filiū viduę.iij.Regł.xvij.a. Et ita ſpūs magiſtri duplicatˢ ē i diſcipł'o:ſz p̄ter petitionē eⁱ⁹. Dic̄ g̃: l Helias:q̄ſi iſte ē helias: m Qui i turbie tectˢ ē/vel/vectˢ i cęlū/ne videreť ab hoib⁹ ap̄li⁹. n Et i heliſęo/diſcipulo eⁱ⁹: o Cõplet⁹ ē ſpūs eⁱ⁹.i. plene poſiu⁹ ſiue datˢ: vł duplicatˢ: vt dixim⁹. p In dieb⁹ ſuis.i. q̄diu vixit. Et dic̄ ſuis:qꝛ bñ vixit heliſe⁹. q Nō ꝓtimuit p̄ncipē/aliquez hūano vł mūdano timoꝛe. Vel/p̄ncipē.i. benadab regē ſyrię:qñ eⁱ⁹ p̄filia ꝛ inſidiaſ reuelauit regi iſrł/dño inſtruēte:ꝛ cū eⁱ⁹ exercit⁹ miſſus fuiſſet ad eū capiēdū/ꝑcuſſit eos auriſia:ꝛ duxit audaceť i ſamariā:et poſtea ſanoſ remiſit.iij.Regł.vj. Quidā exponūt ꝟ ō helia:q̄ nō ꝓtimuit p̄ncipē achab q̄n occurreret ei ac diceret: Ego nō turbaui iſrł ſed tu ꝛ dom⁹ p̄ris tui:q̄ dereliq̄ſtiˢ mādata dñi:ꝛ ſecuti eſtˢ baal.iij.Regł.xvij. c. Sz nō ē ꝓgrua expoſitio:qꝛ poſt timoꝛe vni⁹ mulierł.i. ieçabel aufugit ipſe. Vñ.iij.Regł.xix.a. Miſit ieçabel nūciū ad heliā dicēs: Hęc mihi faciāt dij ꝛ hęc addāt:niſi hac hoꝛa cras poſuero aīam tuā ſicut aīam vni⁹ ex illis. Timuit g̃ helias ꝛ ſurgens abiit quocunq̄ eum ferebat voluntas. Verius igitur exponiť de heliſęo:q̄ nec benadab timuit/vt dixim⁹:nec regē iſrael:

mus. Nec regē israel: q̄ exīstēte fame in samaria, ꝑter obsidionem dixit de helisęo: Hęc faciat mihi deꝰ: et hęc addat: si steterit caput helisęi sup ipsū hodie. Sed nec tunc timuit helisęus. iiij. Regl. vj. g. a Et potētia: id est timore potētię: b Nemo vicit illū helisęū. c Nec superauit illū ✠bū aliq̄ cōminationis vel vituperatiōis vel adulationis. d Et mortuū ꝓpheta uit corpꝰ ei⁹. i. verū ꝓphetā fuisse mōstrauit: q̄n mortuū suscitauit. iiij. Regl. xiij. d. 4. Regl. 13. d. Alt. tsua e Vel, ꝓphetauit. i. mysticam suscitationē significauit: q̄ sic ad tactū ossiū eiꝰ mortuꝰ reuixit: ita pctōres p tactum verę fidei christi viuificant. e In vita sua tempali: f Fecit mōstra. i. miracula. Primo, aq̄s iordanis ad tactū pallij diuisit. iiij. Regl. ij. c. Postea, aq̄s amaras hiericho p salis appositionem sanauit. iiij. Regl. ij. d. Tertio, q̄ draginta duos pueros irridentes se maledicendo ab vrsis deuorari fecit. Ibidē. Quarto, alueum torrētis arefacti sine vento et pluuia aq̄s impleuit. iiij. Regl. iij. c. Quinto, vasa vacua viduę mutuata oleo impleuit. iiij. Regl. iiij. a. Deinde filiū sunamitis mortuū suscitauit: Ibidē. f. Postea naaman leprosū sanauit. iiij. Regl. v. d. Ferrū de ꝓfundo fluminis ad manubrium reuocauit. iiij. Regl. vj. b. Inde miss tes benadab ad se capiēdū missos cęcitate ꝑcussit et sanauit. iiij. Regl. vi. d. Et mlta alia miracula fecit helisęꝰ in vita sua. g Et i morte mirabilia opatꝰ ē: q̄ mortuꝰ mortuū suscitauit. iiij. Regl. xiij. d. h In oibꝰ istis nō pęnituit populus, israel videns tot et tanta miracula. i Et nō recesserūt a peccatis suis. i. non dimiserūt peccare. k Vlq̄ dū abiecti sūt de terra sua. i. de iudea in captiuitatē inchoatā per theglatphalasar. iiij. Regl. xv. Et p salmanasar cōsūmatā. iiij. Regl. xvij. l Et dispsi sūt in omnē terrā, assyriox. m Et relicta ē gens ꝑpauca: id ē valde pauca. s. tribꝰ iuda et beniamin: q̄ cultura dei penitꝰ nō abiecerat. n Et princeps in domo dauid, ꝑpaucus relictꝰ est in cultu dei. o Quidā ipsox, p̄ncipū domus dauid. i. regnū iuda: p Fecerūt q̄ placeret deo. s. ecechias. iiij. Regl. xviij. Et iosias. iiij. Regl. xxiij. q Alij aūt multa cōmiserūt pctā, vt ioza. iiij. Regl. iij. Achaz. iiij. Regl. xvj. Idi fuerūt idolatrę: Et oēs alij multa cōmiserūt pctā: ꝑter dauid et ecechiā et iosiā: vt dr̄. j. xlix. b. Mystice styce. Helias christū significat. Fames triū annoꝝ verbi dei et fidei trinitatis inediā figurat. De q̄ dicit Amos. viij. d. Nitti famē in terrā, nō famē panis neq̄ sitim aquę: sed audiēdi verbū dei. Helias ter incūbens sup puerū suscitauit eū a morte: et christꝰ dns carnē assumens p fidē trinitatis genꝰ humanū suscitauit a morte pctī. Helias subleuatꝰ i cęlū, christū significat ascendētē i cęlū. Sed helias ascēdit i curru, ad significandū q̄ hō purꝰ adiutorio indiget alieno: Christꝰ ✠o virtute ꝓpria ascēdit in cęlū. Vñ Joh. iij. b. Nemo ascēdit in cęlū: nisi q̄ de cęlo descēdit: filiꝰ hois q̄ in ē cęlo. Enoch ante legē trāslatꝰ est in cęlū: Gen. v. c. Helias sub lege vectꝰ est in cęlū. iiij. Regl. ij. b. Christꝰ sb gra: nec trāslatꝰ nec ꝛbuectꝰ: s ꝓpria ✠trute sup oēs cęlos ascēdit: Actl. j. a. Lucl. vlt. g. Helias et reges vnxit et ꝓphas in vtionē inimicox isral: et christꝰ et p̄ncipes seculares et doctores ꝓstituit et punxit i baptismo ad extirpādū inimicos ecclię. Vñ dicēte dño: q̄ nō habet emat gladiū: dixerūt discipuli: Dñe: Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis ē: Luc. xxij. d. Princeps secularis vnū portat gladiū. s. materialē ad vindictā malox. Ro. xiij. b. Nō sine cā gladiū portat: Dei enī minister ē: vindex in irā ei q̄ malū agit. Judex ecclīasticꝰ aliū portat gladiū. s. spūalē: q̄ est ꝓhibitio, vl officiū p̄dicādi. Eph. vj. c. Et gladiū spūs q̄ ē ✠bū dei. Christꝰ igit inimicos ecclesię: alios p reges mucrone: alios p prophetas transuerberat gladio linguę Vñ. iij. Regl. xix. c. Qui fugerit gladium açabel occidet eū hieu: et qui fugerit gladium hieu occidet eū helisęꝰ. Et Osee. vj. b. Dolaui in prophetis: et occidi eos in ✠bo oris mei. r Ezechias munuit cc. Tertia ps capituli vbi agit de laudibus ezechię regis: q̄ a iuda oēs idolatras extirpauit: et mlta alia laude digna fec. Propter q̄ et de ipso dr̄: Alt. tSubiec 4. Regl. 19. Alt. tpa Ezechias munuit ciuitatē suā: id ē hierusalez murꝰ et turribꝰ et victualibꝰ: armis et boibꝰ ꝓtra sennacherib. iiij. Regl. xviij. c. et. ij. Paral. xxxij. a. s Et iduxit i medio ipsi⁹ aquā. i. fontē siloe: vt esset intra ciuitatē qui ꝑus erat extra. t Et fodit ferro. i. instrumentis ferreis. v Rupem, quę erat int fontē et ciuitatē: vt p eius meatū occultū aquę influerent ciuitati. x Et ędificauit ad aquā, recipiendā vel ꝓtinēdā. y Muteū. i. cisternā. z In dieb⁹ ipsi⁹ ascēdit sennacherib, in iudeā. a Et misit rapsacē, de lachis in hierusalē ad ecechiā. iiij. Regl. xviij. d. et. ij. Paral. xxxij. b. Et Esa. xxxvj. a. b Et sustulit manū suā. i. exercitū suū rapsaces. c Cōtra illos. i. iudeos. d Et extulit in sion. i. contra sion. e Maledictū suā, imꝓperādo et blasphemādo et cōminādo populo q̄ erat sup mux dicēs: Hęc dicit rex magnꝰ rex assyriox: quę est ista fiducia q̄ ꝓfidis: aut q̄ ꝓsilio vel fortitudine rebellare disponis cc. Esa. xxxvj. b. Idē dr̄. iiij. Regl. xviij. d. Et. ij. Paral. xxxij. c. f Et supbꝰ factꝰ ē potētia sua, sennacherib: q̄ patet p verba nūciox suox dicētiū: Audite verba magni regis assyriox: Hęc dicit rex: Nō vos seducat ezechias: nō poterit vos eruere de manu mea cc. iiij. Regl. xviij. f. Et Esa. xxxvj. c. g Tunc. i. loquente rapsace. h Mota sunt corda et mens ipsox. i. iudeox pę timore. i Et doluerūt q̄si ptuiētes mulieres. i. valde. Unde Esa. xxxvij. a. Hęc dicit ezechias: Dies tribulatiōis et angustię et correctiōis et blasphemię dies hec: quia venerūt filij vsq̄ ad partū: et virtꝰ nō est pariēdi. k Et inuocauerūt dñm misericordē, in auxiliū ꝓtra sennacherib: l Et expandentes manus, ad cęlum et ostendentes lras blasphemię: q̄s nūcij ei⁹ attulerūt. m Extulerūt, voce: n Ad cęlū. Esa. xxxvij. c. Tulit ezechias libros de manu nūciox et legit eos, et ascēdit i domū dñi: et expādit eos ezechias coram dño et orauit ad dñm dicēs: Dñe exercituū deꝰ isral cc. o Et sctūs dñs deꝰ audiuit cito voce ipsox. i. exaudiuit i bono. Vñ et esaias misit ad ezechiā dicēs: Hęc dicit dñs deꝰ isral: q̄ deprecatꝰ es me sup sennacherib rege assyriox audiui. iiij. Regl. xix. d. p Nō est cōmemoratꝰ, dns. s. q̄ peccatox illox. i. ꝑpetrā illox, non dimisit misereri eis. r Hęc dedit illos inimicl suis. i. assyrijs: licz pctā eox ꝑ exigerēt. s Sz purgauit illos, a pctis suis. t In manu esaię ꝓphę sci. i. exēplo et ĩstructiōe eiꝰ: vel adiutorio illiꝰ. v Delecit castra assyriox et ꝓtriuit

stra assyrioꝝ ⁊ cõtriuit illos angelꝰ dñi: centũ octogintaquinq; milia/ occidẽs nocte vna. iiij. Regl. xix. g. Esa. xxxvij. g. a ¶Nã fecit ecechias qđ placuit deo: qz idola/ tras extirpauit: ⁊ cultũ dñi renouauit. b ¶Et fortit iuit i via dauid ꝓris sui quã mãdauit illi/ ecechie/ c ¶Esaias ꝓpha magnꝰ. i. magnanimꝰ: d ¶Et fidelis in ꝓspectu dñi/ vel/ dei. Aperuit em̃ valuas tẽpli q̃s clauserat achaz pat eiꝰ: ⁊ cõ/ Alt. tolli gregauit ad cultũ dei sacerdotes et leuitas Regl. 20. b. dispsos: q mũdauerũt Esa. 38. b. tẽplũ ⁊ obtulerũt hostias dño. ij. Paral. xxix. a. Et dissipauit excelsa ⁊ contriuit statuas ⁊ succidit lucos/ A cõfregitq; serpentem q̃ neũ quẽ fecerat moyses. iiij. Regl. xviij. a. e ¶In dieb⁹ ipsi⁹/ ecechie/ f ¶Retro redijt sol⁹ decẽ lineas. iiij. Regl. xx. b. Esa. xxxviij. b. g ¶Et addidit regi/ ecechie/ h ¶Vitã/ cozpalẽ. i. additã oñdit. Nã ẽm elõgationẽ diei significata ẽ elõgatio vitę. i ¶Spũ magno. i. ꝓphico: k ¶Elidit/ esaias/ l ¶Altima. i. ea q̃ futura erãt tpe gr̃e. s. christi i carnationẽ. Ecce ꝟgo ꝓcipiet: Esa. vij. c. Et eiusdẽ natiuitatẽ: Puer natꝰ ẽ nob: Esa. ix. b. Et eiꝰ passiõnẽ: Ipse em̃ vulnerat⁹ ẽ ꝓpt iiq̃tates nr̃as: Esa. liij. b. Et ea q̃ futura erũt vltimis tpib⁹ de antichristo: de aduẽtu christi ad iudiciũ. m ¶Et cõsolat⁹ ẽ/ docẽdo ⁊ scribẽdo: n ¶Lugẽtes i siõ. i. i hierlm/ o ¶Usq; i sępiternũ: qz vsq; ad finẽ sęcli ꝓsolãt hoies doctria ei⁹. p ¶Oñdit etiã futura ⁊ absc̃dita añq; euenirẽt. Esa. xj. a. Egredietur virga de radice iesse/ et flos de radice eius ascendet ⁊c.

¶Expo. La. XLIX

Memoria ioſie ⁊c. Post laudes ecechię regi ponit auctor laudes ioſię. Post ecechiã em̃ non fuit rex in iuda dignus laude niſi ioſias: ſic patet ex. iiij. Regl. xxij. et. j. et. ij. Paral. xxxiij. et. j. Diuidit aũt hoc capitulũ i quinq; ptes. In ꝑma cõmendat ioſias. In ſecũda dic̃ auctor oẽs reges iuda ꝓter tres. i. dauid/ ecechiã/ ioſiã pctõ idolatrię denotatos: ibi: ¶Qręſ dauid ⁊c. In ttia ponit cõmẽdatio ꝓphaꝝ q̃rũdã notatim. ſ. ecechiel: ⁊ q̃rũdã cõiter: vt duodeci ꝓphaꝝ: ibi: ¶Ecechiel q̃ vidit ⁊c. In q̃rta ponit cõmẽdatio virorꝝ ſb qđ⁹ captiuitas babylonica redijt i iudeã: quoꝝ auxilio ⁊ ꝓſilio tẽplũ ⁊ ciuitas dedicata ẽ. i. ꝯzobabel ⁊ ieſu ⁊ neemię: ibi: ¶Quõ amplificem⁹. In quita ponit laus enoch ⁊ ioſeph: q añ legẽ fuerũt: ibi: ¶Nemo natꝰ ẽ in fra ⁊c: Per qđ patet q nõ ẽ grend⁹ h ordo hiſtorialis: ſ veritas. Dic̃ g: q ¶Memoria ioſie/ filij amõ/ filij manaſſe/ ⁊ filij ecechię: r ¶In cõpoſitõe odoris facta ẽ op⁹ pigmẽtarij. i. ſuauis ⁊ odorifera ẽ q̃ſi odor aromatic⁹ cõpoſitus ope pigmẽtarij. Qualis g̃ fuit ꝓtia eiꝰ/ cuiꝰ memoria talis: Talis illi nõ fuit añ eũ rex q reuerteret ad dñm i oi corde ſuo/ ⁊ in tota aia ſua/ ⁊ vniuerſa ꝓtute ſua/ iuxꝝ oẽm legẽ moyſi: nec poſt eũ ſurrexit ſimilis illi. iiij. Regl. xxiij. e. Et q: ꝟmo libẽt ſit de re cuiꝰ memoria delectabilis ẽ: Jõ ſ̃bdit auctor: s ¶In oi ore/ generalit magnoꝝ ⁊ paruoꝝ. t ¶Quaſi mel idulcabit eiꝰ memoria. q. d. ſic mel delectat guſtũ comedẽtẽ: ⁊ quãto amplius masticat: tãto dulciꝰ inuenit: ſic ioſię memoria delectat de ipſo loquẽtẽ: ⁊ quãto ꝺs plꝰ de ipſo loquit: tanto amplius i eiꝰ memoria delectat. v ¶Et vt muſica i cõuiuio vini. i. ſic̃ harmonia iſtrumẽtorꝝ muſicorꝝ dulcis ẽ ⁊ ſuauis i cõuiuio vini qđ delectat: ita memoria ioſię dulcis eſt ⁊ ſuauis: nõ ſolũ loquẽti ſ etiã audiẽti. O ſee vlt. c. ¶Memoriale eiꝰ ſic̃ vinũ libani. ſ. xxxij. a. Cõmula carbũculi i ornamẽto auri/ ⁊ cõpatio muſicorꝝ i cõuiuio vini. Ecce tribꝰ cõpat auctor memoriã ioſię: odori opis pigmẽtarij: mellis dulcedini: harmõię muſico/

rũ: Primũ delectat olfactũ: ſecũdũ guſtũ: tertiũ auditũ: qz memoria ioſię ſuauis ẽ in cord̃e: ſuauis i ore/ ⁊ ſuauis i aure. Et hoc ꝓpter tria q̃ i eo fuerũt: vt dic̃ Rab. Fama ꝟtutis q̃ ſupat oẽm odorẽ: ſuauitaſ modeſtię q̃ excedit oẽm dulcedinẽ: ſtudiũ reſtaurãdi cultũ dei/ qđ ſupat oẽm cantilenã. Jpſe em̃ poterat dicere cũ Pã Ps. 118. Oz̃ dulcia faucib⁹ meis eloq̃a tua ſup mel ori meo. Et qz ipe docuit ꝓhm̃ pnitere ſup trãſgreſſiõib⁹ legis: vt legit. iiij. Regl. xxij. a. Jõ ſequit: r ¶Ipe eſt directꝰ diuinitꝰ i pnitẽtia gentis/ iudaicę. i. in doctrina pnitẽtię: quia docuit eos pnitere. y ¶Et tulit: id eſt abſtulit: B al. nõ bz freges Alt. talitſſimus z ¶Abominatiões i/ pietatis. i. idola ⁊ pha/ na/ i qb⁹ impietas idolatrię celebrabat. Sacerdotes etiã excelſorũ occidit: vt legit. iiij Regl. xxij. d. a ¶Et gubernauit/ ioſias b ¶Ad dñm cor ipſi⁹/ ꝓpũ doctrina ⁊ exẽplo. c ¶Et i dieb⁹ pctoꝝ. i. i tpe q̃ regnabat pctm̃ idolatrię/ ⁊ trãſgreſſio legis/ ⁊ violatio cultꝰ dei. d ¶Corroborauit pietatẽ. i. cultũ firmit obſeruãdũ iſtituit. iiij. Regl. xxij. e. Phytões ⁊ hariolos ⁊ figuras idoloꝝ et ũnũdicias ⁊ abominatiões q̃ fuerũt i tra iuda ⁊ hierlm abſtulit ioſias/ vt ſtatueret ꝓba legis. Et i hoc magꝰ laudãdꝰ eſt: qz in dieb⁹ malis bonꝰ fuit. e ¶Qręſ dauid ⁊c. Secũda ps capli: vbi dicit auctor oẽs reges iuda peccatũ cõmiſiſſe ꝓter tres. i. dauid/ ecechiã/ ioſiã. Et videt q nulla ſit exceptio. Nã ⁊ dauid adulteriũ i berſabee/ ⁊ homicidiũ ſit⁹ ⁊ ꝓditionẽ in vriã/ legit cõmiſiſſe. ij. Regl. xj. Et ecechias itẽ peccauit ſupbiendo de victoria aſſyrioꝝ: ꝓpter qđ ęgrotauit. Eſa. xxxviij. a. Solutio. Jſti tres dicuntur non peccaſſe ſimpliciter: ſed alioꝝ cõparatiõe: qz q peccauerũt cõdigna pnitẽtia deleuerũt: ⁊ deuotiõi ac pietaſ officio dño placuerũt. Jta ſoluit Rab. Alij dicunt q auctor intelligit de peccato idolatrię: q̃ oñs reges iuda rei fuerũt/ vel faciẽdo vl̃ pmittẽdo: ꝓter iſtos tres. Salomon em̃ idola adorauit. iij. Regl. xj. a. De alijs ſp in fine legit: Uerũtñ excelſa nõ abſtulit. Verbi gra. De ioas dr̃. iiij. Regl. xij. a. Fecit ioas rectũ cũctis diebꝰ qđ⁹ docuit eũ ioiada ſacerdos: verũtñ excelſa non abſtulit. Et de azaria legit. iiij. Regl. xv. a. Fecit azarias qđ erat placitũ cor̃ dño iuxta oia q̃ fecerat amaſias pater eiꝰ: verũtñ excelſa nõ ẽ demolit⁹. Et. j. g. dr̃ idẽ de ioathan filio azarię. Et de ioſaphat idẽ. iij. Regl. vlt. f. Jſti ꝟo tres oia phãna ⁊ idola cõtriuerũt: vt dictũ ẽ. Et iõ dic̃ auctor: e ¶Qręſ dauid ⁊ ecechiã ⁊ ioſiã oẽs reges/ tã iuda q̃ iſrl. f ¶Peccatũ/ idolatrię/ g ¶Cõmiſerũt/ in ſe vl̃ alijs. Vl̃ oẽs reges/ ꝓter iſtos tres pctm̃ cõmiſerũt/ cõparatiõe iſtoꝝ q̃ min⁹ peccauerũt: et qđ peccauerũt cito cõdigna pnitẽtia ⁊ pietaſ officio deleuerũt. h ¶Nã religiõrũt legẽ potẽtis. i. dei: i ¶Reges iuda/ idolatrãdo: vl̃ idola pmittẽdo/ cũ deberẽt ⁊ poſſent auferre: iuxꝝ illã legẽ/ Deut. vij. a. Aras eoꝝ ſubuertite ⁊ ꝟfringite ſtatuas lucoſq; ſuccidite ⁊ ſcuptilia cõburite. k ¶Et cõtempſerũt timorẽ dei. i. deũ q ſup oia eſt metuẽd⁹: qz iudex q oia iudicabit: ſapiẽs q nõ poterit falli: iuſtꝰ q nõ poterit flecti: fortis q ſi poterit ſuperari. Job. ix. c. Si fortitudo q̃rit/ robuſtiſſim⁹ ẽ: ſi ęqtas iudicij/ nemo audet ꝑ me teſtimoniũ reddere. Ecce qđ dicit auctor: ¶Reliquerũt legẽ potẽtis/ quãtũ ad illos q pmittẽdo idola peccauerũt. Et cõtẽpſerũt timorẽ dei/ q̃ntũ ad illos q idola coluerũt: Et reuera cõtẽpſerũt: qđ apparet ex pena. l ¶Dederunt em̃. i. dari peccatis ſuis meruerũt: m ¶Regnũ ſuũ alijs. i. babylõis ⁊ chaldęis. n ¶Et gloriã ſuam: id eſt ciuitatem et templũ atq; diuitias: in quib⁹ gloriabant. o ¶Alienigenę genti: id eſt babylonicę.

Incenderũt/ gens

a Incēderūt/gēs.ſ.aliena: b Electā ſanctitatis ci/uitatē.i.hierlm:q̄ dī electa ciuitas:qz dñs elegit eā: vt ibi i/uocaret nomē eiꝰ ꝛ ſanctificaret nomi ſuo. Ciuitas aūt ſanc/titatl dī ꝓpter templū ſanctificatū dño:qđ erat in ea. Vl ipſi iudęi:incēderūt electā ſanctitatl ciuitatē.i.incēdiū eiꝰ cauſa fuerunt: c Et

Al.†gentes deſertas fecerunt vias eius.i.vacuas ſine viatore. d In

Al.†ipſius manu hieremię.i. ſic hieremias ꝓpheta/uerat ꝛ ſcripſerat. Hie/re.xxxviij. e. Trahet ciuitas bī manꝰ chal/dęoꝝ ꝛ ſuccendēt eam igni. Itē Thren.j.b. Vię ſion lugent eo q̄ nō ſit q̄ veniat ad ſolē nitatē eius. Et reuera hieremias hęc ꝓpha/uerat: vſi irati fuerunt iudęi ꝫ eū. e Mā ma le tractauerūt illū: pſcientes eū in lacū. Hiere.xxxviij.b. Illū

Al.† via dico/ f Qui a ven tre.i.ī vētre/ g Pa/ tris cōſecratꝰ ē ꝓpha. Hiere.j.b. Priuſ q̄ te formarē i vtero noui te:ꝛ anteqū exires de vulua ſanctificaui te:ꝛ ꝓphe tā in gentibꝰ dedi te. h Euertere.i.extra vertere peccata interioza: i Et pdere/pctā exteriora. k Et iterū reędi ficare/ędificiū virtutū. l Et renouare/honeſtatē moꝝ. Hoc eſt qđ dī Hiere.ſ.b. Ecce ꝓſtitui te ſup gentes ꝛ regna vt euellas ꝛ deſtruas ꝛ diſpdas ꝛ diſſipes ꝛ ędifices ꝛ plātes. m Ezechiel ꝛc. Tertia ps capīt: vbi ezechiel ꝓpha ſpēalit: ꝛ alij duodecim ꝓphę cōiter cōmędant. Dicit g: Ezechiel: ſupple ꝓpha laudabilis fuit: n Qui vidit/ī viſiōe: o Cō/ſpectū glię.i.figurā ſiue ſilitudinē glię dei: p Quā oſtē dit illi/dꝰ/ q In curru cherubin.i.ī q̄ttuoꝝ rotis ſequē/tes vel ſtātes iuxꝝ cherubin. Hec pōt̄ intelligi de ꝓma viſiōe ezechielis: qz ibi nulla fit mētio de cherubin. Intelligit g̣ de alia viſione:de q̄ dī.x.capło.b. Vidi ꝛ ecce q̄ttuoꝝ rotę iuxta cherubin:rota vna iuxta cherub vnum:ꝛ rota alia iuxꝝ cherub vnū:ſpecies autē rotarū erat q̄ſi viſio lapidis chryſolithi:et aſpectꝰ eaꝝ ſilitudo vna q̄ttuoꝝ/ q̄ſi ſi ſit rota in medio rotę. Et reuera hoc vidit ezechiel. r Mā cōmemoratꝰ ē inimicoꝝ/iſrl̄ puniēdoꝝ: t In imbre.i.iundatiōe vindictę: v Bñfacere.i.ad bñfaciendū: x Illis q̄ oñderūt/ver/bo ꝛ exēplo: y Rectas vias/iſrl̄.i.q̄ bñ fecerūt eis: ꝛ cō/paſſi ſūt eis q̄ñ ducebanꝰ in captiuitatē.q.d.cōmemoratꝰ eſt ezechiel in ꝓphia ſua de punitiōe inimicoꝝ iſrl̄: et retributiōe inimicoꝝ eius. Et tangit auctor q̄ ezechiel in conſolatiōe ꝓpli ſui captiui ꝑdixit calamitates circūſtantiū nationū:q̄ vel iuue/runt hoſtes iſrl̄/ vel inſultauerunt captiuis.ſ. āmon ꝛ moab ꝛ edom ꝛ philiſtīm ꝛ tyri ꝛ ſidonis ꝛ ęgypti ꝛ ethiopię: quarū oīm calamitates ꝑdixit ezechiel/a.xxj.capło vſq̄ ad.xxxiij. Vel poteſt intelligi generaliter de omnibꝰ malis puniēdis: ꝛ de omnibꝰ bonis remunerādis:vt ſit ſenſus: r Cōmemo rat ꝰ eſt/ ezechiel/ s Inimicoꝝ/dei.i.oim maloꝝ puniē/dorū. Cōmemoratus eſt inq̄/ t In imbre.i.in fęcunda et inundante ꝑdicatiōe ſua terrā eccleſię inebriāte ꝛ fęcūdante. Et iterū cōmemoratꝰ eſt deū/ v Benefacere illis qui oſtenderūt vias rectas.i. qui recta via incedūt.q.d.ꝓ/pheta in ſua ꝑdicatione cōminatus eſt malis:ꝛ cōſolatus eſt

Ezech.36.c. bonos. Unde.xxxvj.c. dicit in ꝓſona dñi:Cum ſanctificatus fuero in vobis coꝝā eis:tollā quippe vos de gentibꝰ et cōgre/gabo vos de vniuerſis terris:ꝛ adducam vos ī terrā veſtrā: et effundā ſup vos aquam mundā:ꝛ mūdabimini ab omnibꝰ iniquitatibꝰ veſtris. z Et duodecim ꝓphetaꝝ oſſa pullulāt de loco ſuo.i.duodecim ꝓphęꝝ etiā poſt mortē fructū fecerunt: tū ꝓpter honorē ſibi impenſum:tū q̄z dignā ſibi memoriā poſteris reliquerūt ad ſui imitationē. Simile, ꝫ xlvj.c. de iudicibus. Oſſa eoꝝ pullulant de loco ſuo. In lo/co ſuo pullulare dicunt: qz vbi ſepulta fuerūt in veneratione habent. Et merito/ a Mā corroborauerūt/ꝓphetę.ſ. ꝛbo ꝛ exēplo: b Ja/cob.i. populū iudai/cū in fide et moribus. c Et redemerunt ſe/a peccato taciturni/tatl: d In fide vir tutis ſuę.i. in fideli/tate ſuę virtuoſę ędi/cationis. e Quō amplificemus ꝛc. Quarta ps vbi cōmē/dat ęzorobabel ꝛ ieſus et neemias:ſub quibꝰ captiuitas babylōica rediit in iudęā. Et qz ęzorobabel dux fuit ex/ercitꝰ redeuntis:ideo ꝓmo ponit eiꝰ cōmē/datio. Dic̄ g̣ e Quō amplificemꝰ.i. di/gna laude cōmēdabi/mus: f Zoroba/bel/ducē populi iſraelitici q̄ regreſſus de babylone reſtaura/uit templū dñi.j.Eſdrę.v. Et vere amplificandꝰ ęzorobabel: g Nam ꝛ ipſe quaſi ſignū/fuit/ī dextera manu iſrl̄: id eſt populo iſraelitico.i. excitatio memorię dei:ꝛ ꝓceptorū eiꝰ:ſic ſignum aliquod qđ ponit in manu dextera/ excitat ad habendū memoriā alicuiꝰ rei. Unde dicit Deut.xj.c. Suſpē dite ꝓcepta mea ꝓ ſigno in manibꝰ veſtris: et int̄ oculos ve/ſtros collocate. Et ſumit hoc qđ dicitur hic de Aggeo.ij.d. vbi dicit:Aſſumā te ęzorobabel fili ſalathiel ſerue meus dicit dñs:ꝛ ponā te quaſi ſignaculū:quia te elegi dicit dñs exerci/tuū. h Et ieſum filiū ioſedech/ ſacerdotē magnū/quō amplificemus: i Qui/duo.i. ęzorobabel ꝛ ieſus: k In dieb ꝰ ſuis ędificauerūt domū/dñi: l Et exaltauerūt templū ſanctū dño/reſtaurātes ꝛ renouātes cultū dei:ꝛ vtenſilia templi ad honorē dei. Templū dico/ m Para/tū in gloriā ſempiternā.i. ad laudandū deū in ſempiter/nū:niſi peccata iudęoꝝ impediuiſſent. n Et neemias/ pincerna regł artaxerxis: o In memoria multi tēpo/ris/ē.i.dignꝰ ē multo tēpore eē in memoria hoīm p Qui.i. qz ille/ q Erexit nobis muroſ/ciuitatl hierlm: r Euer ſos/a chaldęis.iiij. Regł.vltł.c. s Et ſtare fecē portas vrb̄: t Et ſeras/portaꝝ: v Qui erexit domoſ nras/ q̄s euerterat nabuchodonoſoꝝ. De hac ędificatiōe portaꝝ ꝛ erectiōe domoꝝ legit Neemię.iij. p totū. x Nemo natꝰ ē ꝛc. Quīta ps:vbi ponit laus quorūdā partiū q̄ añ legē fu/erūt. Et licꝫ ꝑus dixerit de his vł fuerit fctā mētio de enoch: qz parū dixerat:auctor repetēs ō eodē/dic̄: x Nemo natꝰ eſt i fra q̄lis enoch.i.nemo ſilis ei fuit. Et ſubiūgit cauſa y Mā ipſe receptꝰ eſt a terra/in cęlū. Geñ.v.c. Sed hoc videt falſū: qz helias ſilr legit receptꝰ ſiue raptus in cę/lū.iij. Regł.ij.b. Ad q̄ pōt ſolui mltiplicit. Primo ſic. Ne/mo fuit ei ſilis tpibꝰ ſuis:vel añ diluuiū nullꝰ fuit ei par i bo/noꝛe: vel ſimplicit nullꝰ q̄ legat patrē ꝛ matrē habuiſſe fuit ei ſilis. Helias em̄ etſi raptus legat ſic enoch: tū de patre vel matre eius non legit:ſz ſubdito introducit.iij. Regł.xvij.a. Dixit helias thesbites de habitatoribꝰ galaad ad achab ꝛc. Vel hypbolice dictū eſt/vel ſingularit: ſicut illud.ſ.xliij.c. Nō eſt inuētꝰ ſilis illi. z Et ioſeph à natꝰ eſt hō ꝓn/ceps fratrū.i.ad hoc natus eſt vt eſſet ꝓnceps fratrū ꝛ etiā ęgypti:ꝛ ſaluaret patrē ꝛ fratres ſuos:ſicut legit Geñ.xlv.b. Pro ſalute vr̄a miſit me deus ante vos ī ęgyptū. Et vltł.d. Vos cogitaſtꝰ ō me malū:ꝛ deꝰ vertit illud i bonū:vt exalta/ret me ſic i ꝓſentiarū ceruitis: ꝛ ſaluos faceret multos ꝓpłos.

Firmamentū gentis

a Firmamentū gentis suę/vl' egyptiacę:cōtra famem
quę inualuerat maxia in egypto: z in terra chanaā. Geñ.xlj.
b Rector fratrū/q̄s rexit z docuit. c Stabilimentū
Ps.104. ppli/iudaici z egyptiaci. Uñ Ps.de ipso. Cōstituit eū dñm
dom⁹ suę z pncipē oīs possessiōis suę: vt erudiret pncipes ei⁹
sic semetipsū:et senes
ei⁹ prudētiā doceret.
Et nota q̄ttuor q̄ de
ipso dicunt. Princeps
fratrū : rector fratrū:
firmamētū gētis:sta/
Ar.tbi bilimentū ppli. Prin/
ceps quidē fratrū fa/
ctus est ꝓpter suā cē/
perantiā:qz em̄ noluit
peccare cū vxore dñi
A suī/ meruit exaltari et
fieri pnceps egypti:z
p cōsequēs fratr̄. Rector p prudentiā : firmamentū p fortitudinē:stabilimentū p iusticiā. d Et ossa
ipsi⁹ visitata sūt.i.in terrā pmissionis delata. Exo.xiij.d.
Tulit moyses ossa ioseph secū/eo q̄ adiurasset filios isrl'/ dicēs: visitabit vos de⁹:efferte ossa mea hinc vobiscū. e Et
post mortē ꝓphauerūt/nō ꝓbo ē facto.i. sua ipsa trāslatione/sacramēta nr̄ę redēptiōis futura ostēderūt/z cōplēda in
tra pmissiōis:ad quā ipsa translata sūt. Uel ideo ꝓphasse dicunt ossa ioseph: qz sua asportatiōe implerū est qđ p̄dixerat
ioseph:Geñ.vlt.d. Post mortē meā de⁹ visitabit vos:asportate vobiscū ossa mea de loco isto. Uel ꝓphauerūt se cū christo surrectura. Magister aūt dicit in historijs:q̄ ossa ꝓphetauerunt de difficultate itineris. Sed quō ꝓphauerint nō declarat. f Seth/filius adā: g Et sem/pmogenit⁹ noe. h
Apud homies gloriā adepti sūt/et etiā apud deū. i
Et sup omnē animam.i. sup oēs hoies. k In origine adā.i.qui nati sunt de adā/ existētes tūc tpis:qz vt dicit
Glo. Seth fili⁹ adā:et sem pmogenit⁹ noe /tā fide q̄ moribus⁹ hom̄ib⁹ sui tpis p̄latus fuit:in quib⁹ christ⁹ significat q̄ deus z
hō est:cui de⁹ dedit nomē qđ est sup oīe nomē: vt in nomie
iesu oīe genu flectat cc. Phil'.ij.b. Et nota q̄ per oēs istos
quoq̄ laudes hic ponunt significat mystice christ⁹. Et ē plānum mysteriū in Glo. ꝓpter qđ ad alia ꝓcrāsimus.

Simon onię fili⁹ cc. Posita Expo. Ca.L.
laude multoq̄ patrū/ tā ante legē q̄s sub lege existentiū/ponit auctor laudes simonis summi pōtificis iudęoq̄ filij onię:q̄ adeo pusillanimis z auar⁹ fuit:vt alt ioseph⁹:
vt ptolemęo euergeti regi egypti negaret tributa: ꝓpter qđ
eum cōtra se ad iracūdiā ꝓuocauit:qui moriens/simoni filio
suo de q̄ hic dicimur sacerdotiū reliqt:cui etiā simoni mortuo
successit onias fili⁹ eius. Fuit aūt h simon de q̄ hic agit pontifex iudęoq̄/regnāte ptolemęo euergete i egypto:et seleuco i
syria z asia. Fuit etiā cōtēporane⁹ iesu filio sirach q̄ hūc libr̄
scripsit: qđ patet ex eo q̄ vitā ei⁹ z mores tā exp̄sse descripsit.
Diuidit aūt hoc capitulū in tres ptes. In pma cōmēdat simon. In secūda oñdit duas gētes quę isrl' maxie infestabāt
sibi odiosas.s.philisteos z idumęos:ibi: Duas gentes cc.
In tertia oñdit qs hui⁹ libri scriptor fuerit/ iuitas ad studiū
disciplinę ei⁹:ibi: Doctrinā sapiētię. Dic g̃: l Simon
onię filius sacerdos magn⁹/vita z virtute fuit supple.
n Qui i vita sua suffulsit domū.i.ruinas templi repauit.
o Et i dieb⁹ suis corroborauit templū:ad litterā:colūnis z appodiamēti. Moie dom⁹ z templi synagoga accipit:quā
verbo z exēplo suffulsit z corroborauit:sic doctores euāgelici ecclesiā. p Templi etiā altitudo ab ipso fūdata ē.i.
tectū templi p ipsū renouatū est fūdit⁹. q Duplex edificatio/int⁹.s.z exteri⁹. Intus asserib⁹ z tabulis:exteri⁹ lapidib⁹
z cemēto. Uel/duplex edificatio/est duplex templi mās̄io:
sancta/ z sanctas̄ctoq̄. Uł/duplex edificatio/ est duplex
tabulatū. Primū triginta cubitoq̄:z secūdū totidē: tertiū ꝓ
qđ erat septuaginta/dicit altitudo templi. r Et excelsi pa/

rietes templi/ ab ipso fundati sunt et erecti. Hanc autem
historiā nō habem⁹ i canone:sed iosephus narrat eā. s In
dieb⁹ suis emanauerūt putei aq̄ę z q̃si mare repleti sūt supra modū/putei z cisternę ciuitat⁹. Tāgit q̄ simō
iste restituit aq̄ductū quē fecerat ezechias int̄ duos muros ci/
uitat⁹:vt dī.ij.Paral'.
xxxij.a. et .ē.xlviij.c.
dictum est. Uel forte
ad p̄ces simonis pu/
tei ciuitat⁹ tpe siccitatis abūdauerūt aquis
vsq̄ ad sūmū:sic legit
de beata Genouefa.
v Qui curauit gē Ar.ipsius
tē suā.i. curā habuit
de ipsa instruenda vel
regēda. x Et liberauit illā a pditione.i.a peccat⁹ z a seruitute diaboli:z mor/
te ęterna/ monitis z instructionib⁹ suis: vel a seruitute z oppressiōe circūstantiū nationū: vel a pditione siccitatis vel sitis
ex defectu aquę
Mystice: l Simon onię fili⁹/christ⁹ dei fili⁹: q̄ tristiciā z dolorē ecclię audiuit:z męrorē.i.causā męroris.i.pctā i
cruce deposuit. Simon quidē: vt dicit Glo. interp̄tat/ pone
męrorē/vel audi tristiciā: Et christ⁹ nostrā tristiciā audiuit p
cōpassionē:z deposuit męrorē p passionē. Esa.liij.b. Unusq̄s/
q̄ i viā suā declinauit:z dñs posuit i eo iniq̄tates oīm nostr̄.
m Sacerdos magn⁹/sacerdotij ętnitate. Uñ Ps. Tu es Ps.109
sacerdos in ętrnū ꝑm ordinē melchisedech. Itē magn⁹ donor̄ magnitudine:qz accepit dona nō ad mēsurā:z de pleniIob.1.b.
tudine ei⁹ nos oēs accepim⁹. Itē magn⁹ oblatiōis magnitudinē: Mā seipsū obtulit hostiā deo patri p nob. Heb.vij. Uñ.
ē.xlv. Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis placuit deo.
n Qui i vita sua suffulsit domū.i.ecclīā fulcimēto sue
p̄dicatiōis z exēplo suę cōuersatiōis. Uis colūnis suffulta est
dom⁹ dei.i. doctrina p̄dicatiōis christi/z exēplo cōuersatiōis
eiusdē. Uñ Act.j.a. Cepit iesus facere z docere. De his co/
lūnis dī i Ps. Ego ꝓfirmaui colūnas ei⁹. De domo ꝺo hac Ps.74.
dī.ē.xliij.d. Beat⁹ q̄ reqescit iuxt̄ domū illi⁹. Et in Ps. Bti Ps.83.
q̄ hitant i domo tua dñe. De domo ꝺo z colūnis sił/dī Pro
uerb.ix.a. Sapia ędificauit sibi domū:et excidit colūnas sepтē. Et qz dñs discipulos coadiutores addidit p̄dicatiōi: Jō
sequit: o Et i dieb⁹ suis corroborauit templū.i.ecclīā
p p̄dicationē apl'oꝝ. p Templi etiā altitudo ab ipso fū
data ē.i.charitas ecclię sup fūdamētū fidei collocata. q Du
plex ędificatio/ab ipso fūdata ē.i.duplex vita:actiua.s.z cō
templatiua. Martha z maria: Lucę.x. Rachel z lia: Geñ.xxix.
r Et excelsi parietes templi/erecti sł ab ipso.i.fideles de
vtroq̄ pplo/venientes ꝓiūcti i vno lapide anguli q̄ ē christ⁹ ie/
sus: Eph̄.ij.d. s In diebus suis emanauerūt putei
aq̄ę.i.pfunditas scriptuarū:q̄ i diuinis libris sb figuris diu
latuerat p ipsū ē manifestata. Uñ z i ei⁹ morte velū templi scis/
sū ē mediū: Matth.xxvij.f. Uel putei aq̄ę/dicunt sancti p̄/
dicatores:in q̄b⁹ sūt aq̄ doctrinaq̄/et aq̄ grāq̄. Hi putei ema
nauerūt/cū p mūdū p̄dicādo discurrerūt. t Et q̃si mare
adipleti sł supra modū/scia dñi z grā. Esa.xl.c. Repleta ē tra scia dñi:sic aq̄ mar⁹ opient⁹. Mare exhauriri ñ pōt:
oēs aq̄s recipit z oēs emittit z sp plenū manet:z ideo recipit
vt eas emittat. Eccs.j.b. Oia flumia intrāt i mare et mare
nō redūdat: z ad locū vñ exeūt flumia reuertūt vt iterq̄ fluāt:
Sic p̄dicatores z scias z gratiā oēm recipiūt vt alīs cōferant
et nihil amittūt. Matth.x.a. Gratis accepistis gratis date.
Esa.lv.a. Oēs sitientes venite ad aq̄s:z q̄ nō habetis argētū
ꝓpate emite z comedite. v Qui curauit gētē suā/a morbo peccati: x Et liberauit illā a pditione.i.a defectu inferni. Curauit gētē/apponēdo emplastra sacramētoq̄:libauit
rūpēdo vincula pctōq̄:curauit medicina p̄dicatiōis:liberauit
virtute passionis. Curauit gentem:qz medicus .ē.xxxviij.a.

ex defectu ag̃. a Qui ꝓualuit amplificare ciuitatẽ/ hierl'm: quã repauit ⁊ muniuit ꝯ hostes. Vel Qui ꝓualuit amplificare ciuitatẽ/muros dilatãdo plꝰ solito: vl' numeꝝ habitãtiũ augmentãdo: vel victualia cõgregãdo: vel qz tpe suo plures ventebãt ad tẽplũ: vl' qz dominiũ ciuitatꝫ amplia/uit: qz plures ꝓselytos fec̃. b Qui adeptꝰ ẽ gl̃ã i cõuersatione gentis. i. in eo qꝺ sua doctrina et exẽplo conuertit gentes ad pnitẽtiã: ⁊ qui ꝓius idola colebant/ coluerũt vnũ deum. c Et ingressum domꝰ/domini: id est vestibulum: ꝺ Et atriũ ãplificauit. i. introitũ ⁊ portas atriũ ⁊ tẽpli reparauit: e Quasi stella matutina/ã̃ clarioz est cẽteris: f In medio nebulę: ⁊ ꝙsi luna plena/ã̃ ꝙ totã noctẽ resplẽdet: h In dieb⁹ suis lucet. q. ꝺ. sic stella matutina i medio nebulę lucet: et sic luna plena ꝙ totã noctẽ lucet: sic simõ onię filꝰ inꝛ malos doctrina ⁊ exẽplo refulsit. i Et ꝙsi sol refulgẽs/⁊ illuminãs totũ mũdũ: k Sic ille effulsit i tẽplo. i. i misterio tẽpli: vl' i medio synagogę. l Quasi arcus refulgẽs inꝛ nebulas gl̃ię. i. inꝛ claras nebulas ⁊ illumiatas a sole. q. ꝺ. nõ solũ inter malos fulgebat: sed etiã inꝛ bonos ꝙsi sol inter oẽs stellas clarꝰ effulget. m Et ꝙsi flos rosaꝝ i dieb⁹ vernis/ qui maxie vernãt et redolent rosę: In hoc odoz famę ⁊ opinionis eiꝰ cõmẽdat. q. ꝺ. bonę famę ⁊ laudabilis opinionis existit. n Et ꝙsi lilia ã̃ sunt in trãsitu aquę: In hoc castitas eiꝰ cõmẽdat. o Et ꝙsi thus redolẽs i dieb⁹ ęstatis: In hoc cõmendat ozonis deuotio ⁊ cõpassiõis affectꝰ. In dieb⁹ ęstatis dicit: qz arboz thuris incidit i ęstate: vt ꝓpꝛ autũnali collectiõi. p Quasi ignis effulgẽs. In ꝫ cõmendat claritas doctrinę eiꝰ: ⁊ feruoz charitatis ⁊ ęli ardoz. q Et thus ardẽs i igne. i. sicut thus ardens in igne late diffundit odorem: sic simon in igne tribulatiõis longe ⁊ late diffundebat odorẽ ꝛ frutis patiẽtię ⁊ sanctitatis suę/⁊ oratiõnẽ ad dñm/ qꝺ notat in fumo: q. ꝺ. simõ i tribulatiõe patiẽs erat: ⁊ deũ etiã ꝓ ꝑsequẽtibꝰ recta charitate orabat. r Quasi vas auri solidũ. i. non tenue/nõ pozosum: sed forte/ s Oznatũ omni lapide ꝑcioso. i. omni genere lapidis ꝑciosi. In hoc eñ cõmendat ꝫ in multis bonis simon

Mystice ✻ Honora medicũ ꝓꝑ necessitatẽ etem: illũ creauit altissimꝰ. Matth. ix. b. Nõ est opus valẽtibꝰ medicꝰ: ꝫ male habẽtibꝰ. Aug⁹. Magnꝰ venit medicꝰ: qz magnꝰ vbiq; iacebat ęgrotꝰ.

Ps. 17. Et liberauit illã a ꝑditiõe: qz dñs. Vñ Ps. Dñs firmamentũ meũ ⁊ refugiũ meũ et liberator meꝰ. a Qui ꝓualuit amplificare ciuitatẽ. i. eccl'ã numero credentiũ: vel claustrũ numero bonoꝝ claustraliũ: vel aiaꝝ numero bonoꝝ operũ et sanctoꝝ desideriorꝝ ⁊ piaꝝ cogitationũ. b Qui adeptꝰ est gloriã in cõuersatione gentis/ad fidẽ vel pnitẽtiã: qz crescẽte numero fideliũ/creuit ⁊ nomẽ ⁊ gl̃ia christi. c Et igressũ domꝰ ⁊ atriũ amplificauit. i. doctoꝝ ac ꝑdicatoꝝ ordinẽ: ꝓ quẽ fit igressus i domũ eccl'ię triũphãtis: ⁊ in atriũ eccl'ię militãtis. e Quasi stella matutina i medio nebulę ⁊c. Differẽtia doctoꝝ siue ꝗrũlibet fideliũ significat: quibꝰ dñs diuersas largit gr̃as: diuidẽs singlis ꝓut vult. j. Cor. xij. b. In quibusdã eñ lucet/quasi stella matutina. i. i via pnitẽtię pnitẽtibꝰ: i medio nebulę. i. nebulosę conscientię. In aliis/quasi luna plena. i. in ꝑfitientibꝰ: q plenã quidẽ iustitiã habẽt/sed nõ ꝑfectã: qz nõ est ibi statꝰ. In aliis/refulget quasi sol. i. in ꝑfectis: q et plene calent: ⁊ ꝑfecte lucent. Calent sibi: ⁊ lucẽt aliis. Joh. v. f. Erat iohes lucerna ardẽs ⁊ lucẽs. ã̃. xxvij. b. Nõ sanctꝰ i sapiẽtia pmanet sicut sol. Christꝰ etiã stella matutina fuit i natiuitate. Apoc. ij. g. Qui vicerit ⁊ custodierit opa mea vsq; i finẽ/dabo illi stellã matutinã. Hęc est stella ã̃ ꝓduxit magos vsq; ad iesũ in bethleẽ: Matth. ij. a. Habuit aũt hęc stella sex radios: sic ⁊ ãlibet alia stellã habet: quibꝰ totã eccl'iã illustrauit. Prim⁹ ẽ radius hũilitatis/quẽ emisit i natiuitate. Paruulus eñ natꝰ ẽ nob: Esa. ix. b. Secũdꝰ ẽ radiꝰ vilitatis: quẽ emisit cũ voluit inuolut pãnis vilibꝰ ⁊ in ꝓsepio reclinari. Luc. ij. a. Peperit filiũ suũ ꝓmogenitũ ⁊ pãnis involuit ⁊ reclinauit i ꝓsepio: quia nõ erat ꝛc. Tertiꝰ est radius volũtarię pauptatꝫ: quẽ emisit i tota sua cõuersatiõe: qz vulpes foueas habẽt: ⁊ volucres cęli nidos: filius aũt homis non habet vbi caput suũ reclinet: Matth. viij. c. Quartus ẽ radiꝰ patiẽtię: quẽ emisit i malox ⁊ tribulationũ ꝙnimi ꝓpessiõe. Quintꝰ ẽ radiꝰ obediẽtię: quẽ emisit i mozt̃ volũtaria suscepti õe. Factus ẽ eñ obediẽs vsq; ad mozt̃: Phil. ij. a. Sextꝰ ẽ radiꝰ sapię: q effulsit i sua ꝑdicatiõe. Itẽ luna plena fuit dũs i passiõe: vbi passus ẽ eclipsim: sol fuit i resurrectiõe qñ resplẽduit eius caro plus ꝙ sol. Itẽ ꝓ stellã/lunã/⁊ solẽ/tria ã̃ sũt i christo designant. Per solẽ/deitas: ꝓ lunã/caro: ã̃ i cruce passa ẽ eclipsim: ꝓ stellã/aĩa: ã̃ semꝑ fixa stetit i firmamẽto deitatis ꝓ iugẽ fruitionẽ. Itẽ in radijs solis vident atomi: sic in vita christi apparẽt nob defectꝰ nr̃i. Vñ Eccl'i. xliij. c. Fili hois ofide filijs isr̃l tẽplũ: ⁊ cõfũdant ab iniq̃tatibꝰ suis. Itẽ in doctrina eiꝰ atomi sacrę scripturę/ã̃ in vmbra legis latuerãt nob apparuerũt. Itẽ sol iste rotundꝰ fuit i se/ lucidꝰ ꝓximo ⁊ calidꝰ: vt nos sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc sęculo: Titum. ij. d.

l Quasi arcus refulgẽs inꝛ nebulas gl̃ię. In arcu duo sunt colores: igneus qui significat charitatem in deum: et aqueꝰ significãs cõpassionẽ ad ꝓximũ. Et hęc duo specialissime fuerũt in christo. Vel certe colorꝰ igneꝰ significat iustitiã eius/ã̃ in futuro iudicabit mundũ. Colorꝰ aqueꝰ significat misericordiã ꝓmi aduẽtꝰ. Vl' duo colores arcus/ duę sũt nature in christo. Igneꝰ deitas: aqueꝰ hũanitas. Hic arcꝰ tensus fuit in cruce. Zach. ix. c. Extendã mihi iudã quasi arcũ. Nebulę gl̃ię sunt ꝑdicatores eccl'ię: q licz sint mundo despecti: sunt tñ coraꝫ dño glorioſi. Inter istas nebulas refulsit sol iusticię: qz qui de cęlo venit supꝛ oẽs est: Joh. iij. d. De ꝫ dr̃ Gen. ix. b. Arcũ meũ ponã i nubibꝰ cęli: ⁊ erit signũ fœderis inter me ⁊ terrã. m Et ꝙsi flos rosarũ i diebus vernis. i. flos martyrũ in tpe gr̃ę. Christꝰ eñ flos est oĩm florũ. Cant. ij. a. Ego flos campi ⁊ liliũ cõvalliũ. Rosę sunt martyres: q spinã habẽt exteriꝰ in cõuersatiõe: sed odorẽ suauitatis interiꝰ in ꝓtẽplatiõe. Frigidi sũt ꝫ incentiua vitioꝝ: ꝫ purpurei. i. ad martyriũ ꝓparati. n Et ꝙsi lilia ã̃ sũt in trãsitu aquę. Lilia candida sũt ⁊ medicinalia ꝓtra vstionẽ: Sic christꝰ cõtinẽs vl' cãdidꝰ fuit ꝓ oĩmodã cõtinẽtiã: ⁊ medicinalis alijs ꝓ doctrinã. Cant. ij. a. Ego flos cãpi ⁊ liliũ ꝓvalliũ. Pluraliꝫ aũt dicit/lilia: ꝓpter duplicẽ cõtinẽtiã: interiorẽ. s. ⁊ exteriorẽ. Trãsitu aquę dic̃. i. in trãsitu labẽtis sęculi: vl' vitę suę trãlis: quã sic aquã effudit in cruce: vt nos lauaret a sordibꝰ vitioꝝ. Vñ ꝓ Ps. dicit: Sicut aq̃ effusus sũ ⁊ dispersa sũt oĩa ossa mea. Ps. 21. o Et ꝙsi thus redolens i diebus ęstatis. i. oꝛonẽ effundẽs ad patrẽ ꝓ oĩb⁹ in die passiõis. p Quasi ignis effulgẽs/ꝓ ardorẽ charitatis ⁊ lucẽ ꝑdicatiõis. ã̃. xlviij. a. Surrexit helias q̃si ignis: ⁊ ꝓbũ eiꝰ ꝙsi facula ardebat. q Et thus ardẽs i igne/passiõis. Thus eñ cũ i igne cremat i se ꝓsumit: sed odore reficit circũstãtes: sic christꝰ in passiõe cõsumptꝰ ẽ. i. mortuꝰ: ⁊ odore suauitatis respsit oẽs fideles. Thus ardẽs in igne/christꝰ vel ꝗlibet iustus flagrãs in tribulatiõe. r Quasi vas auri solidũ oznatũ omi lapide ꝑcioso. Vas fuit christꝰ ꝓ doctrinã: aureũ ꝓ mũdiciã: solidũ ꝓ patientiã: qz ꝑdicatoꝝ fuit ⁊ virgo

et martyꝛ

